ARCHIVES
45

Conclusion
de l'univers
45 b.
1747 – 1751

Ce registre est le 2e. après le n° 45.

il contient ~~du~~ 2 xbre. 1747 à la fin de 1751.

ARCHIVES
46

Le haut

1747. Decemb. 1.

Nos Universitatis Parisiensis Rector huncce Commenta=
=riorum Academicorum Codicem, centum folia, seu ducentas=
=paginas, continentem, quo noster utatur Scriba, recognovimus,
appositaque nostrâ Syngraphâ, approbavimus. /. Cochet, Rector

MINISTÈRE DE L'INSTRUCTION PUBLIQUE
BUREAU DES ARCHIVES
BIBLIOTHÈQUE DE L'UNIVERSITÉ DE FRANCE

Anno dñi millesimo septingentesimo quadragesimo=Septimo, die secundâ mensis Decembris, habita fuit comitia Deputatorum Universitatis apud Amplissimum Rectorem in Mazarinæo. 2. Decemb.

1°. Supplicârunt pro Literis Nominationis jure Magisterii artium et quinquennii mm. Michaël-Augustinus Thevenon, presb. Parisinus; Andreas Morellet, acol. Lugdunæus; Marinus Devin, presb. Rotoma=
=gensis; Adrianus-Alexius Prevost, acol. Ambianensis; Maria-Ludo=
=vicus Le Coq, diac. Rotomagæus; Claudius-franciscus-Bartholomæus Lamier, subdiac. Lugdunæus; franciscus Septier, subd. Nivernus; De=
his retulit M. Letellier, Syndicus, ac dixit, se vidisse tum eorum Literas Magisterii, tum Professorum, quos audierunt, testimonia, quibus constat, quinquennium Academicum fuisse ab iis rité peractum, Cæteraque instrumenta ad hanc supplicationem requisita; in quibus omnibus nihil desiderari, nisi quòd Magister Septier pro Literis Ma=
=gisterii, quas dicit habere se nondum potuisse, protulit solummodò testimonium Procancellarii B. Mariæ, fidem facientis præfatum Sep=
=tier ad Lauream Artium fuisse admissum; Magister verò Lamier malè nomina sua in actis Academicis ordinavit. Audito meritissimo Syn=
=dico, Placuit, sua præfatis supplicibus postulata concedi; Magistri tamen Septier et Lamier non antè expedirí Literas Nominationis, quam ille Scribæ Academico Literas Magisterii exhibuerit, hic nomina sua in actis Academicis curaverit reformavit.

2°. Lecta et recognita sunt quæ acta et Statuta fuerant diebus 3. Jun. 1. Jul. 5 et 26. Aug. 4 et 17. Novembris.

3°. Accessit Magister Daillan, Philosophiæ Professor septennis, nunc Doctor Theologus et Theologiæ Professor in regiâ Navarrâ, et exposuit, se a tribus fermè annis jure Graduum Academicorum et Septennii requisiisse Canonicatum in Ecclesiâ Cathedrali Atrebatensi Va=
=centem. Sustinendam quidem sibi fuisse litem in Consilio Atrebatensi; Sed causâ vicisse, atque adeò præfato Canonicatu gaudere. Certò autem comperisse, Provinciam Atrebatensem, sive Provinciæ Deputatos, velle=
rem ad Regis Sanctius Consilium deferre, ut ne dicta Provincia Sep=
=tennii privilegio fraudetur, cum numquam fuerit in eâ promulgatum. Non suâ tantùm, sed etiam Universitatis, interesse, illam rem in Regis Consistorio non moveri, hisce temporibus, cum Provinciis bello finitimis, ut plurimùm, favetur. Porrò minori negotio providerí pos=
=se, ne illò deferatur, quam, si semel delata sit, obtineri ut inde abstrahatur. Honestam autem subesse declinandi Regii Consistorii causam, quòd videlicet quem habuit in Consilio Atrebatensi adversa=
=rium, ad Senatum Parisiensem provocaverit de impensis. Se officii

sui esse duxisse, his de rebus Universitatem Matrem admonere, ut ipsa sibi suisque suppositis pro suâ sapientiâ prospiciat. Placuit, rogari Amplissimum Rectorem, ut Illustrissimum Galliæ Cancellarium adeat, eumque de Provinciæ Atrebatensis Comitiis præmoneat, atque ab eo, si fieri possit, evincat, ut ne sit ejusmodi evocationi locus. adeat quoque Illustrissimum Senatûs Principem, ac de eâre edoceat.

4°. Accessit quoque Magister Hubert, Doctor Theologus, ac dixit se nuper jure Graduum Academicorum requisisse canonicatum in Ecclesiâ Collegiatâ S. Petri Insulensis vacantem. Ut de illo provideretur, adisse primò Ecclesiæ præfatæ Præpositum, deinde Episcopum Diœcesanum, postâ Archiepiscopum Metropolitanum; nullibi fuisse auditum. Videri quibusdam ex amicis, locum esse provocationi ab abusu, quod aiunt, ad Senatum Parisiensem. Se autem ab Universitate petere Consilium; et, quoniam de tuendo jure ac privilegio Academico agitur, etiam supplicitèr ac enixè postulare, ut ipsa ad hanc causam accedat, sine ullo impensarum onere, quas ipse, ut par est, suscipere paratus sit. Placuit, mandari meritissimo Syndico, ut Patronos et Juriumperitos eâ de re consulat, eidemque jam nunc fieri potestatem ex eorum sententiâ agendi, atque etiam, si necesse sit, ad eam causam Universitatis nomine accedendi, non expectatis aliis Comitiis.

5°. Comparuit Magister Martin, Doctor in utroque Jure, et Collegii Montani Procurator, fuitque ab amplissimo Rectore interrogatus de eâdem re eodem modo, quo die 4. novemb. interrogati fuerant dicti Collegii Montani Primarius et Discreti. Ejus responsa excepta fuerunt et descripta in eâdem chartâ, in quâ descripta sunt, quæ præfati Primarius et Discreti responderant. Postulavit autem actum sibi dari, quatenùs declaret se nullatenus esse Partem in eâ causâ Prioris Carthusiæ Parisiensis et Bursariorum Montanorum. Placuit, continuari inquisitionem de præfatis Bursariis. Dari prædicto Mgr Martin sua postulationis actum; eam autem postulationem cum ipsâ re judicandâ conjungi.

6°. Placuit, sacras Universitatis Supplicationes ad diem hujus mensis 12.um indici.

7°. Quòd dixit meritissimus Syndicus, à se et ab amplissimo Rectore, prout Senatusconsulto cautum est, auditas et probatas fuisse Rationes Accepti et Expensi à M. Ludovico fontaine per annum 1746 pro Collegio Trecorensi; Placuit, id approbari.

8°. Quòd dictum est, causam Bernardini Pivon propadiem esse judicandam; Placuit, rogari Amplissimum Rectorem, ut cum aliquibus Viris Academicis Judices Consistoriales salutet, priusquam agatur eos illa causa referatur.

Et ita super his octo capitibus, audito priùs super singulis M. Le Prevost, Syndico, Concluxit amplissimus Rector. /.

Cochet, Rector

G. DE PARIS P.P. EXTR. I. SOL 4. D. LAF.

Die septimâ mensis Decembris amplissimus Rector et Præclara Artium facultas, more antiquo, interfuerunt solemni sacro apud fratres Prædicatores. / N Piat scriba 7. Decemb.

Anno dñi 1747, die duodecimâ Decembris, habita sunt in maturinensi Comitia generalia Universitatis ad sacras supplicationes. 12. Decemb.

Primùm in Angulo Consessum est, ubi supplicârunt pro Literis Nominationis jure magisterii Artium et quinquennii MM. Antonius-franciscus froissart, acol. ambianensis; Joannes-baptista Maufoux, clericus Æduensis; Joannes Thomas, acol. Claromontanus; Dionysius frion, subdiac. Bellovacensis; Dionysius-Simon Demauroy, subdiac. ambianensis; Carolus-franciscus Belangez, presb. ambianensis; Yvo Bellet, presb. Trecorensis. De his retulit M. Leneveu, Syndicus, ac dixit, se vidisse tùm eorum Literas Magisterii, tùm Professorum, quos audierunt, testimonia, quibus constat, quinquennium Academicum fuisse ab iis ritè peractum, cæteraque instrumenta ad hanc supplicationem requisita; in quibus omnibus nihil desiderari. Audito meritissimo Syndico, Placuit, sua præfatis supplicibus postulata concedi.

Ibidem Sacramentum dixerunt inter amplissimi Rectoris manus duo novi Librarii Joannes Brocas, et Joannes-baptista Langlois. Brocas. Langlois.

Deinde itum est in Comitium, ubi postquam amplissimus Rector pro more peroravit, omnes Ordines Academici rata et grata habuerunt quæ in trimestri suo Magistratu gessit, eique Literas Commendatitias decreverunt, et amplum præbuere Comitatum ritè procedenti ad Ædem Deo sacram sub invocatione B. Annæ apud Clericos Regulares, vulgò Theatinos.

Pontificem egit M. Garguy, Doctor Theologus. Orationem sacram ad populum habuit Mgr Bonnet, Doctor item Theologus: eucharisticam verò ad Pontificem Mgr Levaillant, unus è Submonitoribus Mazarinæis. / Cochet, Rector

Anno dñi 1747, die decimâ-sextâ Decembris, habita sunt Comitia generalia præclaræ Artium facultatis in Maturinensi. 16. Decemb.

Factâ ab amplissimo Rectore supplicandi potestate, supplicârunt Ludovicus-maria Le Bascle D'Argentëuil, acol. Lingonensis, ut ne sibi noceat, quòd in priore Logicorum Catalogo inscripsit se LeBacle, non, LeBascle; Henricus-Michaël Missa, Remensis, Medicinæ in facultate Parisiensi Candidatus, qui post confectum biennium Philosophicum in Collegio Bonorum-Puerorum, Universitatis Remensis, scilicet à Lucalibus anni 1740 ad ferias Academicas anni 1742 gradum Magisterii in dictâ Universitate adeptus est, ut LeBascle dargentëuil. Missa

Constat ex Literis ejusdem Universitatis, datis et Sigillatis die 1.ª Augusti ann. 1742, supplicavit ut in hac Academiâ Parisiensi co=optaretur, ultrò paratus examina subire et ea omnia facere, quæ ad consequendum in universitate Parisiensi Magisterii gra=dum fieri solent; Carolus Vandermonde, Parisiensis, apud Sinas natus, ut cum in actis Academicis se dixerit tantùm Parisien=sem, hæc addantur verba, apud Sinas natum; Martinus Nouguez, Adurensis, ne sibi noceat, ad consequendum Magiste=rii gradum, quòd nomen suum in posteriore Logicorum Cata=logo non scripserit, cum aliunde constet, se in excipiendis Pro=fessoris sui lectionibus assiduum et diligentem fuisse; Josephus de la Panouze, clericus Cadurcensis, ut è nominibus suis expun=gatur hoc nomen, Mercurius; Basilius-Anna-Octavius Garse=ment, Acol. Senonæus, ut in omnibus actis Academicis censeatur scriptus, Senonæus, non, Senonensis, et sine cognomento, de fon=taine; Joannes-Petrus Guyot, diac. Senonensis, in artibus Ma=gister, ut tùm in suis Literis, tùm in aliis actis quibuscumque Aca=demicis, scribatur aut scriptus censeatur Joannes-Petrus, non, Petrus-Joannes; Guillelmus-Raymundus Desnoües, Parisinus, ne sibi noceat, quòd omisit nomen Diœceseos in posteriore Cata=logo Physicorum; frater Michaël Brüy, Matisconensis, presb. Strictæ Observantiæ Ordinis Cluniacensis, ut ne sibi noceat, quòd nomen suum in aliquibus è Catalogis[+] scripserit Brüys, non, Brüy, quòdque nomen diœceseos, unde oriundus est, omiserit; franciscus-Alexander Laurens du Villards, cleric. Pictaviensis, ut ne sibi noceat, quòd in aliquibus è Catalogis Philosophi=cis nomen suum gentilitium scripserit Laurent, non, Laurens, et cognomentum scripserit, du Villars, non, du Villards; franciscus Septier, subdiac. Nivernus, ut ne sibi noceat, quòd in priore Logicorum Catalogo scripserit se Nivernensem; Gabriel Le fievre de Baudeville, presb. Nannetæus, ut ne sibi noceat, quòd in aliquibus Catalogis, aliisve actis Academicis, nomen suum gentilitium scripse=rit, Le fieve, non, Le fievre; item quod se scripserit Nannetensem, non, Nannetæum; franciscus Belheinne, clericus Laudunensis, ut im=munis fiat ab onere scribendi ob oculorum et pectoris insignem debili=tatem, quam scripto testatur M. Cantwel, Doctor Medicus Parisiensis; Joannes Strikland, presb. Londinensis, ut immunis fiat ab onere scriben=di ob insignem pectoris debilitatem, quam scripto testatur M. de Jussieu, Doctor Medicus Parisiensis; Nicolaus de Luker, cleric. Nannetæus, idem, ob eandem causam, testante M. Ferrein, Doctore Medico Parisiensi; Joannes-Michaël Jullien, presb. Bajocensis, ut biennium Philosophicum in Universitate Cadomensi confectum, nempè à Dionysialibus anni 1740 ad ferias Academicas anni 1742, ut constat ex Litteris Patentibus dictæ Universitatis, quas exhibuit ac tradidit, sibi pro uno anno in hac Pa=risiensi Academiâ imputetur; Robertus Deschamps, presb. Bajocensis, ut unus annus à Logicalibus inceptus et confectus in universitate Cadomensi, scilicet à Dionysialibus anni 1741 ad ferias Academicas anni 1742,

Vandermonde. Nouguez. de la Panouze. Garsement. Guyot. Desnoües. F. Brüy. Laurens du Villards. Septier. Le fievre de Baudeville. Belheinne. Strikland. de Luker. Jullien. Deschamps.

[+] aliisve actis quibus=cumque Aca=demicis, —

ut

G. DE PARIS P.P. EXTR. I. SOL. D. LAT.

ut constat ex Literis patentibus praefatae universitatis, quas exhibuit et tradidit, sibi hûc pro uno semestri computetur.

Post illos Supplices, processit in medium unus é Magistris Picardicae Nationis Magister Sellier, ac dixit, in eo judicio, quo die 8.ª Novemb. in Rectorio praeclarae Artium facultatis Tribunali Simplices Picardicae Nationis Magistri á Censurâ exclusi sunt, adhibita adversùs eos fuisse, tamquam firmissimum illius exclusionis fundamentum, Statuta dictae Nationis, quae autoritate Supremi Senatûs confirmata esse dicuntur. Eos autem posteâ, diligenti factâ inquisitione, comperisse, valde dubium esse, an illa Statuta re ipsâ fuerint á Supremo Senatu confirmata. Idcircò obtulisse libellum Supplicem Amplissimo Rectori, ac petiisse, ut judicium illud retractaretur; sed libellum illum Supplicem fuisse ab amplissimo Rectore remissum sine ullo responso. Itaque, se, nomine dictorum Magistrorum, à praeclarâ artium facultate postulare, ut ipsa Judicem assignet, quem adire possint.

Audito M. Le Neveu, Syndico, Amplissimus Rector dimisit Nationes ad deliberandum de Supplicationibus ordinariis, et confirmandos Quatuorviros, mané electos; Simulque petiit, ut rata et grata haberent, quae ipse gessit in Suo trimestri Magistratu.

Digressae Nationes, ac deinde regressae, retulerunt, se Octodecim Supplicibus, suprà memoratis, indulgere. Rata et grata habere, quae gessit Amplissimus Rector in Suo trimestri Magistratu, ipsique Literas commendatitias decernere. Confirmari à se Quatuorviros, matutinis Comitiis electos; Scilicet, in honorandâ Natione Mgrum Desfrancais, Bacc. Theologum; in fidelissimâ, Mgrum Vallé, Philosophiae Professorem in Cardinalitio; in Venerandâ, Mgrum Hecquart, Licentiat. Theologum; in Constantissimâ, Mgrum Daton, Virum Procuratorium. De postulatione Mgri Sellier, nihil omninò dixerunt. Et ita conclusit Amplissimus Rector.

Protinùs Quatuorviri, dicto priùs Sacramento, in Conclave se contulerunt; unde paulò post digressi, per Mgrum Desfrancais retulerunt, se fasces Rectorios prorogasse Amplissimo Viro D. Joanni Cochet, Rectori. Quae prorogatio statim ab omnibus Nationibus comprobata fuit et confirmata.

Et ita conclusit amplissimus Rector. / Cochet, Rector

Index

Officiariorum, sive majorum, sive minorum,
Consiliariorum, Beneficiatorum,
Clientium Universitatis Juratorum, per
decursum annî 1747 receptorum.

Officiarii Majores

Nullus.

Beneficiati.

Nullus.

Consiliarii

Die quartâ mensis Martii, fidem Academiæ dedit M. Clemens-franciscus De Laverdy, Universitatis Consiliarius et in Supremo Se-natu Patronus, electus die 28. februar. in locum M. Henrici Cochin, demortui.

Apparitores.

Nullus.

Librarii

Le Prieur, De laguette. — Die vigesimâ-primâ Junii, fidem Academiæ dederunt Petrus-Alexander Le Prieur, et Franciscus-delaguette, Librarii.

aumont. Tilliard. — Die Sextâ Octobris, Dionysius-Joannes Aumont, et Nicolaus Tilliard, item Librarii.

Brocas. Langlois. — Die duodecimâ Decembris, Joannes Brocas, et Joannes-bap-tista Langlois, item Librarii.

Magni Nuntii.

In Natione Gallicanâ.

St Paul de Leon. Rousseau. — Die vigesimâ-primâ Januarii, Antonius Lellarc, Procurator, et Natio Gallicana contulerunt Nicolao Rousseau, civi Parisiensi, mu-nus et officium Nuntii-Jurati pro diœcesi et Episcopatu S. Pauli-Leonis, vacans per obitum Jacobi Levechier, civis quoque Parisi-ensis.

Messine. Saulnier. — Die decimâ-quintâ mensis Martii, idem Procurator eademque Na-tio contulerunt Paulo Saulnier, civi Parisiensi, munus et officium Nuntii-Jurati pro diœcesi et Archiepiscopatu Messanensi, vacans per liberam abdicationem Nicolai Berjonneau, civis quoque Parisiensis.

Senez. Garnier. — Die vigesimâ-octavâ ejusdem mensis Martii, idem Procurator eademque Natio contulerunt Joanni Garnier, civi Parisiensi, Mu-nus et officium Nuntii-Jurati pro diœcesi et Episcopatu Sene-ensi, vacans per liberam abdicationem Petri Remy, civis quoque Parisiensis.

Die trigesimâ ejusdem mensis Martii, idem Procurator eademque Natio contulerunt Claudio-Alexandro de Barancourt, Civi Parisiensi, Munus et Officium Nuntii-Jurati pro diœcesi et Episcopatu Monspessulanensi, vacans per liberam abdicationem Pauli Gautier, civis quoque Parisiensis. Monpellier. De Barancourt.

Die octavâ mensis Maji, idem Procurator eademque Natio contulerum Carolo Viot, Civi Parisiensi, Munus et Officium Nuntii Jurati pro diœcesi et Episcopatu Rejensi, vacans per liberam abdi=cationem Jacobi Clouzier, civis quoque Parisiensis. Rier. Viot.

Die decimâ-novâ mensis Augusti, idem Procurator eademque Natio contulerunt Nobili Viro Ludovico-honorato-Camillo De Grimaldy, Marchioni de Lagne, Civi Parisiensi, munus et Officium Nuntii-Jurati pro diœcesi et Archiepiscopatu Parisiensi, vacans per obitum Nicolai LeRoy, civis quoque Parisiensis. Paris. De Grimaldy.

Die quartâ mensis Septembris, idem Procurator eademque Natio contulerunt Joanni-baptistæ-Nicolao LeRoy, civi Parisiensi, mu=nus et officium Nuntii-Jurati pro diœcesi et Episcopatu Venetensi in Aremoricâ, vacans per obitum Petri-Gerardi LeConte, Civis quoque Parisiensis. Vannes. LeRoy.

Die tertiâ Octobris, idem Procurator eademque Natio contule=runt Petro-Claudio Sauvage, Civi Parisiensi, munus et Officium Nuntii-Jurati pro diœcesi et Episcopatu Varatensi, vacans per obitum Philippi Bizet, civis quoque Parisiensis. Bazas. Sauvage.

In Picardicâ

Nullus.

In Normanicâ

Nullus.

In Germanicâ

Die vigesimâ-quintâ Januarii, Philippus delaRoche, Procu=rator, et Germanica Natio contulerunt Ludovico Frecot, Civi Pari=siensi, munus et Officium Nuntii-Jurati pro diœcesi et Episcopatu Elyensi, vacans per liberam abdicationem Caroli-antonii Barocha, Civis quoque Parisiensis. Ely. Frecot.

Die decimâ-quintâ februarii idem Procurator eademque Natio contulerunt nobili viro Joanni-Carolo de Varagne, Marchioni de Gardouch, Civi Parisiensi, Munus et Officium Nuntii-Jurati pro dia=ceni et Episcopatu Ultrajectensi, vacans per liberam abdicationem Nicolai Canivet, civis quoque Parisiensis. Utrecht. de Varagne.

Die vigesimâ-tertiâ ejusdem mensis februarii, idem Procurator eademque Natio contulerunt Stephano-Petro Masson de Maisonrouge, Civi Parisiensi, Munus et Officium Nuntii-jurati pro diœcesi et Medniki. Masson.

Episcopatu Mednisensi, vacans per liberam abdicationem Ludovici-Caroli faugé, Civis quoque Parisiensis.

Berghenus. Delafrenaye. Eodem die, idem Procurator eademque Natio contulerunt Petro Dela frenaye, Civi Parisiensi, munus et Officium Nuntii Jurati pro diœcesi et Episcopatu Berghenensi, vacans per obitum Jacobi Tubeuf, Civis quoque Parisiensis.

Naumbourg. Faget. Die undecimâ Aprilis Petrus Sigorgne, Procurator, et Natio Germanica contulerunt Joanni faget, Civi Parisiensi, munus et Officium Nuntii Jurati pro diœcesi et Episcopatu Neoburgensi, vacans per obitum Claudii Barancourt, Civis quoque Parisiensis.

Coire. Dela fosse. Die octavâ mensis Augusti idem Procurator eademque Natio contulerunt Nicolao Delafosse, Civi Parisiensi, munus et Officium Nuntii Jurati pro diœcesi et Episcopatu Curiensi, vacans per obitum francisci Canivet, Civis quoque Parisiensis.

Bristol. Laya. Die vigesimâ-secundâ ejusdem mensis Augusti idem Procurator eademque Natio contulerunt Ludovico-Annæ Laya, Civi Parisiensi, munus et Officium Nuntii-Jurati pro diœcesi et Episcopatu Bristoliensi, vacans per liberam abdicationem Ludovici Marlot, Civis quoque Parisiensis./.

finis anni 1747.

N Piat

Univ. Par. et art. fac. Scriba

G. DE PARIS P.P. EXTR. I. SOL. 4. D. LAF.

Acta
Commentarii, Conclusiones
Universitatis Parisiensis,
per decursum
Anni millesimi Septingentesimi-
- quadragesimi - octavi.

Anno dñi millesimo Septingentesimo quadragesimo-octavo, die decimâ-tertiâ mensis Januarii habita sunt Comitia ordinaria Deputatorum Universitatis apud Amplissimum Rectorem in Mazarinæo. Rector erat, M. Joannes Cochet. Decani, M. franciscus De lorme, Theologiæ: M. franciscus-Nicolaus-augustus Le Gendre, Jurium: M. Joannes-baptista-Thomas Martineng, Medicinæ. Procuratores, M. Petrus fromentin, Galliæ: M. Carolus-franciscus Prophete, Picardiæ: M. Dominicus Morin, Normaniæ: M. Petrus Sigorgne, Germaniæ. Officiarii Majores, M. Jacobus Vallette Le Neveu Syndicus: M. Nicolaus Piat, Scriba: M. Ludovicus-Nicolaus Durand, Quæstor. 13. Januar.

1.° Cum abesset valetudinis causâ M. Le Neveu, Syndicus, Placuit, accersiri M. Paulum Hamelin, Philosophiæ Professorem in Mazarinæo, ad gerendas Syndici vices.

2.° Supplicârunt pro Literis Nominationis jure magisterii artium et quinquennii MM. Daniel Gigot, Acol. Rotomagensis; Alexander-hyacinthus Clergé, clericus Ambianus; Carolus-Cæsar de Grosourdy de St. Pierre Du Chatel, cleric. Lexoviensis; Carolus-franciscus de Vandômois de St. Aubin, Subdiac. Parisiensis; Joannes-Petrus Guyot, diac. Senonensis; Nicolaus Le Sage, Acol. Rotomagensis; Josephus Desmarais, diac. Lemovicensis. De his cum Scripto testatus esset meritissimus Syndicus, se vidisse tum eorum Literas Magisterii, tum Professorum, quos audierunt, testimonia, quibus constat, quinquennium Academicum fuisse ab iis rité confectum, cæteraque instrumenta ad hanc Supplicationem requisita; in quibus omnibus nihil desiderari; Audito ex abundanti M. hamelin, Prosyndico, Placuit, sua præfatis Supplicibus postulata concedi.

3.° Lecta et recognita sunt, quæ fuerant in Superioribus Comitiis acta et Statuta.

4.° De Domo Academicâ Suburbanâ, Quód dictum est, Caminum fuisse nuper Ventorum vi dejectum, cum aliquo Tecti vicini damno, — Placuit, refici quod dirutum est, et damnum, si quod passus est vicinus, juxta Legum præscripta reparari. Item mandari Quæstori academico, ut cum Dñâ de Montesquiou, Secundariâ Conductrice, agat, de retegendâ inscriptione. Quod si illa noluerit, per litteras cum Primario Conductore agendum, ut eam inscriptionem retegi curet.

5° Placuit, recognosci et subsignari Tabulam Virorum academicorum, qui, quam partem debent ex tributo virilim imposito, apud Urbis Basilicam pendunt.

6° Quod dictum est, multis videri, ad solemnem præmiorum distributionem, quæ anno proximè præterito fieri cæpta est, non satis commodè delectos fuisse postremos anni academici menses. Nam præter illius tempestatis immodicos calores, certè omnibus notum esse, illis præcipuè mensibus omni negotiorum et laborum genere impediri tùm Curiarum Magistratus, tùm Professores Academicos. Placuit, agi cum primariis Magistratibus et Viris Regiis, ut illa distributio, si ita visum iis fuerit, in aliam anni tempestatem magis idoneam transferatur.

7.° Quod retulit M. Brenet, se, prout sibi mandatum fuerat die 17. novembris proximè elapsi, amicè communicasse cum Dño Renard animadversiones Universitatis in accepti et expensi Rationes ab eo reddendas; sed nihil profecisse. Placuit, mandari Dño Barby, universitatis in Supremo Senatu Procuratori, ut animadversiones illas quam primùm præfato Dño Renard juridicè denuntiari curet.

8.° De negotio trium Collegii Montani Burtariorum, Adrian, Cursel et Biard, qui die 4.ta novembris proximè elapsi, ad Academicum Tribunal confugerant advertùs sententiam, in se latam die 29 mensis Julii ultimò præteriti à Venerabili Priore Carthusianorum Parisiensium, dicti Collegii Superiore, interrogati sunt MM. Germain, Primarius, Levieil, Germain Rhetor, Ottin, Charpentier, Charmont et Mottac, Professores, eorumque responsiones in chartâ separatâ exceptæ fuerunt et ab iis subsignatæ. Audito M. Paulo Hamelin, Protyndico, Placuit, antequam super præfatorum Burtariorum querelis et expostulationibus statuatur, audiri Venerabilem Carthusianorum Priorem; atque adeò illum à præfatis Burtariis in causam adducendum esse et in jus vocandum.

Et ita super his octo capitibus, audito priùs super singulis Mgro Hamelin, Protyndico, conclusit amplissimus Rector. J. Cochet, Rector

29. Januar. Die Lunæ vigesimâ-nonâ ejusdem mensis Januarii, amplissimus Rector et præclara artium facultas interfuerunt solemni sacro, quod ad memoriam D. Caroli-magni in ædè Navarricâ celebrari solet, ex institutione Cæsarii Egasse Duboulay. Orationem panegyricam habuit M. Nicolaus Jurgault, Litterarum in Mazarinæo Professor, è nationè Gallicanâ.

30 Die Martii trigesimâ ejusdem mensis, Majores Officiarii cereos, de more, Minoribus Magistratibus, Universitatis nomine, detulerunt.

31. Die Mercurii trigesimâ-primâ ejusdem mensis, amplissimus Rector, Decani, Procuratores, Adjuncti, Officiarii Majores, cum omnibus apparitoribus, cereos detulerunt serenissimo Principi, Aurelianensium Duci, Illustrissimo Archiepiscopo Parisiensi, et Primariis Magistratibus.

Die

G. DE PARIS P.P. EXTR. I. SOL. 4. D. LAF.

Die Jovis, primâ februarii iidem Amplissimus Rector, Decani, Procuratores, Adjuncti, Officiarii majores, cum omnibus apparitoribus, contulerunt se Marliacum, Regi cereos, Reginæ, Serenissimo Delphino, Serenissimæque Delphinæ oblaturi. Aberam ego, valetudine excusatus; itaque Amplissimum Rectorem ipse non audivi perorantem. Sed ex aliorum testimonio hîc referre non verebor, illum partam jam in simili occasione laudem egregiè sustinuisse. 1. febr.

Die Sabbati, ejusdem mensis tertiâ, Amplissimus Rector et Præclara Artium facultas interfuerunt Solemni Sacro, quod fit pro Magistris Academicis, vitâ defunctis, apud fratres Prædicatores. 3.

N. Piat Scriba.

Anno dñi 1748, die tertiâ februarii, habita sunt Comitia ordinaria Deputatorum Universitatis apud amplissimum Rectorem in Mazarinæo. 3. februar.

1° Supplicârunt pro Literis Nominationis jure Magisterii Artium et quinquennii MM. Petrus-Maria LeGuen, presb. Redonæus; Edmundus Seguin, Acol. Divionæus; Nicolaus Seguin, presbyter Divionæus (ambo illi Seguin iidem sunt, qui die 5. augusti supplicarunt, nec fuerunt tunc temporis admissi, quia illorum Triennio Theologico aliquid temporis deesse compertum est); Clemens-Ludovicus Desfriches, diaconus Aurelius; et Marcus-Ludovicus Royer, presb. Parisinus. De his retulit M. Le Neveu, Syndicus, ac dixit, se vidisse tùm eorum Literas Magisterii, tùm Professorum, quos audierunt, testimonia, quibus constat, quinquennium Academicum fuisse ab iis ritè peractum, cæteraque instrumenta ad hanc supplicationem requisita; in quibus omnibus nihil desiderari. Audito meritissimo Syndico, Placuit, sua præfatis supplicibus postulata concedi.

2° Lecta et recognita sunt, quæ fuerant in superioribus Comitiis acta et Statuta.

3° Vocata est causa, in Academico Tribunali pendens inter Petrum Adrien, franciscum Oursel, franciscum-Michaëlem Biard, Collegii Montani Bursarios, Actores, ex unâ parte; Et Venerabilem Priorem Carthusianorum Parisiensium, fratrem LeRoy, dicti Collegii Superiorem, à præfatis Bursariis in jus vocatum instrumento citatorio, ipsi per Antonium Marchand, Picardicæ Nationis Apparitorem Majorem, die 29.ª Januarii secundum Juris formulas denuntiato, et in publicas Tabulas eâdem die relato, ex alterâ. Præfatus autem Carthusianorum Prior, ter, pro more, appellatus, non comparuit; nec quisquam illius nomine.

Comparuerunt præfati Bursarii Oursel et Biard, tam pro se, quam pro Petro Adrien, absente, petieruntque dari sibi actum deserti à Venerabili Carthusianorum Priore vadimonii, et in

eremodicii fructum adjudicari sibi, quæ die 4ª Novembris, proximé elap=
=si postulaverant. Petierunt insuper actum sibi dari, quod Magister
Delea, unus é præfati Collegii Discretis, in jus á se ad prædictam diem
quartam Novembris vocatus, nec illâ die, nec posteà, comparuerit.

Audito M. Leneveu, Syndico, Placuit, dari præfatis Bursa=
=riis actum deserti tùm á Venerabili Carthusianorum Priore, tum á
Mgro Delea, vadimonii.

4º In illo autem Collegii Montani negotio, quod est variis ex causis
difficile, ne quid incautiùs fiat, Placuit, confici libellum memoria=
=lem, cum Patronis et Viris Jurium peritis communicandum, ut
de eo quid sentiant, certò cognoscatur.

5º Dixit meritissimus Syndicus, Virum Clarissimum M. Edmundum
Pourchot, Universitatis, dum viveret, Syndicum, qui mense Junio an=
=ni 1734 mortuus est, testamento suo legasse ad vitam tribus suis fa=
=mulis Gilberto DeChenique, franciscæ Beliart, et Catharinæ Petit,
quingentas libellas annui Censûs, in Nunciatuum Academicorum
proventu ad sexagesimum, quod aiunt, denarium constitutas; qua=
=rum caput esse triginta libellarum millia. Voluisse autem, ut
post prædictorum famulorum mortem, ex præfatis quingentis libellis
trecentæ et quinquaginta in perpetuum assignarentur uni alicui
Bursario instituendo, datâ Amplissimo Rectori et Tribunali Academico
dictæ Bursæ præsentatione, collatione, et, quod aiunt, omnimodâ dis=
=positione; cæteræ verò centum et quinquaginta libellæ alicui
Viro Academico attribuerentur, si qui vellet linguas hebraïcam et
Græcam in aliquo Universitatis Parisiensis Gymnasio publicé
docere (vide ad diem 2. Jun. 1734). Anno 1735, Redemptores vectigalis
extincti mancipii Universitatem appellasse de juribus ex prædictæ bursæ
et lectionum publicarum fundatione sibi debitis; quæ jura, cum ad
rationem Capitis, sive Sortis, exigerentur, summam efficiebant circiter
5600 libellarum. Universitatem tùm respondisse, illam fundationem fu=
=turi temporis esse, non præsentis; postquam Census, ad eam destinatus,
factus esset liber, tùm se visuram, utrùm præfatam fundationem accipe=
=ret, an relinqueret (vid. ad 5. mart. 1735). Anno 1736 vitâ cessisse Ca=
=tharinam Petit, cui longé minima pars legati pensitabatur, quin=
=quaginta scilicet libellæ. Statuisse tum Universitatem, ut pensio
illa quinquaginta libellarum per M. Augustinum Claudium Besoigne,
tamquam sequestrum, annuatim perciperetur, et ab eo in Arcam æra=
=rii Academici referretur instar depositi servanda, donec, quid de eâ
fieret, constitutum esset (vid. ad 10. novemb. 1736.). Anno 1740 Redem=
=tores Juris extincti mancipii suas instaurasse petitiones, et idem res=
=ponsum ab Universitate tulisse, quod ab eâ tulerant anno 1735 (vid.
ad 2 Jul. 1740). Anno 1741 Virum perillustrem D. Clement, integerrimum
Curiæ Parlamenti, dum viveret, Senatorem, et Testamenti Mgri Pourchot
Executorem, pro eâ, quâ pollebat, gratiâ, á præfatis Redemtoribus obti=
=nuisse 1º ut jura sua ad rationem, non capitis, sed annui censûs qualis
nunc est, exigerent. 2º Ut ex juribus sic redactis quartam insuper partem
remitterent; adeò ut pro summâ 5620.# summa tantùm 1494.# 14.s per=

solve=

= Solveretur. Huic autem petitioni eos annuisse, dummodò ea pecunia in præsentiâ numeraretur. Noluisse Universitatem tam opportunæ occasioni deesse; præfatam Summam 1494ᵗᵗ 14ˢ illicò de suo numerasse, quam postea recuperaret tam ex eâ legati parte, quæ priùs dicta Catharinæ Petit pendebatur, quam ex duabus aliis partibus, cum eas vacare contigerit (vid. ad 28 febr. et 8. april. 1741). Porrò Magrum Berroigne ex primâ illâ parte, quæ fuit Catharinæ Petit, percepisse quod debitum fuit per sex annos cum tribus mensibus, nempè à Calendis Octob. 1736. ad diem 31. Decemb. 1742 inclusivè, idque effecisse Summam 312ᵗᵗ 10ˢ; atque adeò, cum mortuus est præfatus M. Berroigne, ex prædictâ Summâ 1494ᵗᵗ 14ˢ ab Erario Academico depromptâ et commodatâ, Summam tantùm 1182ᵗᵗ 4ˢ Superfuisse Erario Academico refundendam, ut constat ex Rationibus præfati Magri Berroigne, post illius mortem à V. C. Magro Hieronymo Berroigne, ejus fratre et hærede, die 23. Jul. 1743 relatis.

Adjecit meritissimus idem Syndicus, quidquid ex illâ legati parte, olim Catharinæ Petit pensitatâ, persolvendum obtigit à Calendis Januar. 1743, simulque partem prædicto Gilberto Delchenique attributam, quæ fuit 100ᵗᵗ in singulos annos, et ei ad Calendas Octobris 1746 persoluta est (vid. ad 1. Oct. 1746), id omne penes Quæstorem Nunciatum Academicorum, hoc est, penes se, remansisse. Postulare, ut manus suas illo ære aliano legitimè ac validè liberare queat.

Placuit, præfatas pensiones, tam quæ obtigerunt, quam quæ obtingent, per M. Ludovicum-Nicolaum Durand, Universitatis Quæstorem, non tanquam alienatæ pecuniæ fructum, sed tanquam commodatæ redhibitionem, percipi, donec supra memorata Summa 1494ᵗᵗ 14ˢ completa Universitati fuerit.

Et ita super his quinque Capitibus, audito priùs super singulis M. Letheveu, Syndico, Conclusit amplissimus Rector.

Cochet, Rector.

Anno Dñi 1748, die secundâ mensis Martii, habita fuit Comitia ordinaria Deputatorum Universitatis apud amplissimum Rectorem in mazarineo. Quibus in Comitiis primum interfuit M. Vincentius Maillot, novus Juridicæ facultatis Decanus. 2. Mart.

1° Supplicavit pro Literis Nominationis Jure magisterii Artium et quinquennii M. Carolus-Pomponius Leconte de Montullé, diacon. Rotomagensis. De eo retulit M. Letheveu, Syndicus, ac dixit, se vidisse tum ejus Literas magisterii, tùm Professorum, quos audivit, testimonia, quibus constat, quinquennium Academicum fuisse ab eo ritè confectum; cæteraque instrumenta ad hanc Supplicationem requisita; in quibus omnibus nihil desiderari. Audito meritissimo Syndico, Placuit, præfati Supplicis postulationem admitti.

2° Lecta et recognita sunt, quæ fuerant in superioribus Comitiis acta et Statuta.

3° Lectum est Senatusconsultum, die 23. febr. factum, non Contradictorium, ut vocant, sed ex libello tantùm supplici à Venerabili Carthusianorum Priore obtentum, cujus hic est tenor: "Veu par la Cour la Requeste a elle presentée par frere Clement le Roy, Prieur de la

« Chartreux de Paris . . . Veu les pieces attachées a ladite Requeste. « . . . La Cour le Suppliant appellant comme de Juge incompetent, « tient l'appel pour bien relevé, lui permet pour bien relevé d'intimer « qui bon lui semblera sur ledit appel, sur lequel les parties auront « audiance au premier jour. Cependant fait défense d'executer ladite Or= «= donnance du 13. Janvier, passer outre et faire poursuite ailleurs qu'en « la Cour, a peine de nullité, dépens, dommages et interets. fait en « Parlement le 23. febvrier 1748.

Placuit, in Comitium adhiberi Universitatis Patronos, non Singillatim, sed conjunctim, et coram ipso Academico Tribunali, si fieri commodè potest. Eam in rem parandum esse libellum memorialem, quo totum hoc negotium accuratè exponatur, ut præfati Patroni, re penitùs cognitâ et maturè perpensâ, certiùs possint, quid Juris sit, in= =dicare.

4° Quòd lecta est Conclusio Venerandæ Normanorum Nationis, hac ipsâ die, matutinis horis, facta, quâ prædicta Natio nominat vultque Universitati præsentari M. Franciscum Brenet, presbyterum Bajocensem, Baccalaureum Theologum, ad unam ex quinque Capellaniis Acade= =micis, quæ Sabbatiana dicuntur, vacantem per obitum M. Bertrandi Robine, Doctoris Theologi, ultimi dictæ Capellaniæ possessoris pacifici; De eâ re, Visâ Conclusione apud Academicum Tribunal die 26. aug. 1741. factâ, quâ constat M. Petrum-Maturinum Vaillant, qui in Ordina minorum beneficiorum ultimo præsentatus fuit, præsentatum fuisse á fidelissimâ Picardorum Natione, atque adeò præsentandi vices in eorumdem beneficiorum Ordine ad præfatam Normanorum Nationem deveniisse, Audito M. Le Neveu, Syndico, Placuit admitti nomina= =tionem ac præsentationem a Venerandâ Natione hodiernis insomitiis factam.

5° Quòd dictum est, Vacare Officium unius é quatuor Pergamenariis Academicis, illudque à pluribus Pergamenariis postulari, ac præsertim a tribus, Leilicar Follignier, Hebert et Denis; Placuit, mandari me= =ritissimo Syndico, ut in tres illos inquirat, ac de iis in proximis Comitiis referat.

6° Placuit, indici Sacras Universitatis Supplicationes ad diem 15.am hujus mensis.

Et ita super his sex capitibus, audito priùs super singulis M. Le Neveu, Syndico, conclusis amplissimus Rector. s/.

Cochet, Rector

12. mart. Anno 1748, die duodecimâ mensis martii, nimirùm feriâ tertiâ Secundæ hebdomadæ Quadragesimalis, horâ Septimâ matutinâ, habita sunt in Maturinensi Comitia ad aperiendum Rotulum, pro more antiquo.

1° Postulante ac requirente M. Le Neveu, Syndico, Placuit, Nominationum Rotulum in hunc annum aperiri.

2° Supplicavit pro Literis Nominationis jure Magisterii Artium et quinquennii M. Ludovicus Lievin, presb. Bajocensis. De eo retulit meritissimus Syndicus, ac dixit, se vidisse tum ejus Literas Magisterii, tum Professorum, quos audiit, testimonia, quibus constat, quinquennium Academicum fuisse ab eo ritè confectum, cæteraque instrumenta ad hanc Supplicationem requisita; in quibus omnibus nihil desiderari. Audito meritissimo Syndico, Placuit, annuis postulationi præfati Lievin.

3° M. franciscus Brenet, presb. Bajocensis, Baccalaureus Theologus, præsentatus die 2. hujus mensis a Ven. Normanorum Natione ad unam é Capellaniis Saviesianis, vacantem per obitum M. Bertrandi Robine, præstitit Sacramentum et missus fuit in possessionem dictæ Capellaniæ per traditionem libri, ut moris est. Brenet Capell.

4° Placuit, conferri Carolo-Joanni-baptistæ Denis, mercatori Bergamenario, Officium Bergamenarii-Jurati Universitatis, vacans per obitum Joannis Paulé, ultimi illius professoris pacifici. Denis, Bergamenarius.

Et ita super his quatuor Capitibus, audito priùs singulis meritissimo Conclusit amplissimus Rector./.

Cochet, Rector

Anno Dñi 1748, die decimâ-quintâ mensis Martii, habita fuit Comitia Centuriata Universitatis in Maturinensi, ad Sacras Supplicationes. 15. Mart.

Primùm in Angulo Consessum est; ubi nullus comparuit Supplex pro Literis Nominationis. Comparuit autem Andreas-franciscus Knapen, Librarius, ab uno ex Adjunctis præsentatus, et præstitit Sacramentum. Knapen, Libr.

Item Sacramentum præstitit Petrus Furgaut, minor Apparitor Medicorum facultatis, suffectus à dictâ facultate in locum Joannis Paulé, demortui. Furgaut, apparitor.

Item Sacramentum præstitit Carolus-Joannes-baptista Denis, Bergamenarius, suffectus die 12. hujus mensis in locum ejusdem Joannis Paulé. Denis, Bergam.

Ventum est deinde in Comitium, ubi omnes Ordines Academici rata et grata habuerunt quæ gessit amplissimus Rector in suo trimestri magistratu, literasque ipsi commendatitias decrevere, et amplum præbuere Comitatum ritè præcedenti ad eadem Deo Sacram Sub invocatione SS.orum Cosmæ et Damiani. Pontificem egit M. Tamponet, Doctor Theol. Concionem habuit ad populum M. Thebaut, itidem Doctor Theol. Eucharisticam verò ad Pontificem M. Mouton, Grammat. Prof. in Graffinæo./.

23. Mart.

Anno dñi 1748, die vigesimâ-tertiâ mensis Martii, habita sunt Comitia generalia præclaræ Artium facultatis in Maturinensi.

Basseville de fournival.

Factâ supplicandi potestate, supplicârunt Joannes-baptista Basseville de fournival, Ambianus, ut ne sibi noceat, quòd in priore Logicorum Catalogo cognomentum de fournival scribere neglexerit: Petrus-Abrahamus Pajon de Moncest, nobilis Blesæus, in artibus magister, ut cognomentum de Moncest, quod in suis magisterii Literis omissum est, restituatur, ut et in aliis actis quibuscumque Academicis, dicaturque nobilis: Joannes-franciscus-Regis fromentin, diac. atrebas, ut ne sibi noceat, quòd in Catalogis aliisve actis quibuscumque Academicis scripserit se atrebatensem, non, atrebatem; Adhemarus Chappuis de la Goutte, Æduensis, ut immunis fiat ab onere scribendi, ob habitualem infirmitatem, quam scripto testatur M. munier, Doctor medicus Parisiensis; yvo Prigent, Landerniensis, ut immunis fiat à lege scribendi tùm quæ dictata sunt ab ineunte hoc anno Academico, quam quæ deinceps dictabuntur, ob insignem pectoris et capitis dolorem, quem scripto testatur idem Mag. Munier; Robertus Deschamps, presb. Bajocensis, ille idem qui die 16 Dec. supplicavit, ut unus annus Cadomi confectus, hîc pro uno semestri haberetur, iterum supplicavit, ut illud semestre in Logicis Confectum itemque duo alia semestria in Logicis confecta Parisiis, cum uno semestri in Physicis, pro biennio philosophico legitimo habeantur.

Pajon de moncest.

fromentin.

Chappuis de la Goutte.

Prigent.

Deschamps rejectus. Vid. infra.

De iis retulit M. Leneveu, Syndicus, ac dixit, se nihil pro re Academicâ morari, quominùs quinque prioribus indulgeretur; de sento verò morari, quippe cujus postulatio statutis præclaræ Artium facultatis adversetur.

Dimissæ Nationes ad deliberandum, ac deinde regressæ, retulerunt, se rata et grata habere quæ gessit ampliss. Rector in suo trimestri Magistratu, eique Literas Commendatitias decernere. Confirmatos à se Quatuorviros, scilicet in honorandâ Natione Mgrum Vaillant, Bacc. Theologum; in fidelissimâ Mgrum Lebon, Grammaticæ Professorem in Mazarinæo; in Venerandâ, Mgrum Roze, Grammaticæ Professorem in Sorbonæ-Plessæo; in Constantissimâ, Mgrum Poinsart, Decanum. De supplicibus, sola Normanorum Natio sextum, nempè Robertum Deschamps, admisit, tres aliæ Nationes rejecerunt; aliis autem quinque supplicibus omnes Nationes indulserunt.

Quatuorviri, præstito priùs solemni sacramento, Conclave subierunt, unde digressi per Mgrum Vaillant retulerunt, se fasces Rectoriòs amplissimo Viro D. Joanni Cochet, Rectori, prorogasse. Quæ prorogatio statim ab omnibus Nationibus comprobata est et confirmata.

Et ita conclusit amplissimus Rector. / Cochet, Rector.

30. mart.

Anno Dñi 1748, die trigesimâ mensis Martii, habita sum extrâ ordinem Comitia Deputatorum Universitatis apud amplissimum Rectorem in mazarinæo.

Ad hæc Comitia vocati sunt forenses Universitatis Consiliarii mm. Dehericourt, Gillet, Renard et Laverdy, in Supremo Senatu advocati, qui omnes adfuerunt, præter Ingrum Dehericourt, morbo excusatum.

1° Supplicavit pro Literis Nominationis jure Magistrii artium et quinquennii M. Gabriel Le Fievre de Bandeville, præsb. Nannetanus. De illo retulit M. Letellier, Syndicus, ac dixit, se vidisse tum ejus Literas Magistrii, tum Professorum, quos audivit, testimonia, quibus constat, quinquennium academicum fuisse ab eo ritè peractum; cæteraque instrumenta ad hanc Supplicationem requisita; in quibus omnibus nihil desiderari. Audito meritissimo Syndico, Placuit, annui postulationi præfati Supplicis.

2° Rogati præfati Consiliarii sententiam dicere de negotio Collegii Montani, de quo libellus Memorialis aliquot antè diebus fuerat cum ipsis communicatus, singuli disseruerunt fusè ac diserté. In hoc postrò consenserunt omnes ut dicerent, jam non esse Universitati integrum rem inchoatam abjicere. Eorum autem pars major censuit, hanc causam, quæ tota ad rem Scholasticam spectat, esse fori Rectorii. Omni viâ Juris tuendam esse in Supremo Senatu Jurisdictionem Academicam advertit Venerabilem Carthusianorum Priorem.

Auditis Advocatis, seu Consiliariis academicis, audito pariter M. Letellier, Syndico, Re ad deliberandum propositâ, Placuit, juxtà prædictorum Consiliariorum sententiam, Tribunalis Rectorii et Universitatis jurisdictionem adversùs Vener. Carthusianorum Priorem tueri; atque adeò Libellum Supplicem Supremo Senatui quamprimùm offerre, remque illam omni viâ juris prosequi ac sustinere.

Notandum, singulis Consiliariis Sportulas erogatas esse easdem, quæ solent Decanis et Procuratoribus erogari.

3° Digressis Consiliariis forensibus, ingressus est D. Cavelier, Librariorum Syndicus, et cum eo plurimi Librarii; quibus exposuit quam gravia sibi totique Rei Literariæ futura sint incommoda ex Vectigali in papyrum nuper impositio, denarium, sibi in animo esse ad ipsum Regem Reginque Consilium suas super illâ re deferre Supplicationes; rogaruntque Universitatem, cujus Clientes sint, quæque ipsa bonarum Artium ac Literarum sit Parens, ut sibi hac in re, quemadmodùm jam sæpè aliàs, autoritate et officiis præsto sit. Placuit, haberi rationem eorum postulationis, eosque omni officio et operâ adjuvari.

Et ita super his tribus capitibus Conclusit amplissimus Rector.

Cochet, Rector.

6. April. Anno dñi 1748, die Sextâ mensis Aprilis, habita sunt Comitia ordinaria Deputatorum Universitatis apud amplissimum Rectorem in Mazarinæo. Quibus in Comitiis primùm interfuit M. Jacobus Kyran, novus Germanicæ Nationis Procurator.

1° Supplicavit pro Literis Nominationis jura Magisterii Artium et quinquennii M. Joannes-Marinus LeVacher, presb. Ebroicensis. De eo retulit M. Letheveu, Syndicus, se vidisse tùm ejus Literas magisterii, tùm Professorum, quos audivit, testimonia, quibus constat, quinquennium Academicum fuisse abservité confectum; cæteraque instrumenta ad hanc Supplicationem requisita; in quibus omnibus nihil desiderari. Audito meritissimo Syndico, Placuit, annuì postulationi præfati Supplicis.

2° Lecta et recognita sunt quæ fuerant in superioribus Comitiis acta et Statuta.

3° Quòd lectum est instrumentum Authenticum, quo Vir honestus Tussanus Baullé, quatuor Pergamenariorum Universitatis Juratorum antiquior, Officium suum Pergamenarii Jurati liberè ac simpliciter abdicat; quódque Officium illud postulavit Vir honestus Petrus-Joannes Foligniet, Pergamenarius, de cujus probitate et industriâ jam antè inquisitum fuerat; Placuit, Officium Pergamenarii Universitatis jurati, vacans per liberam ac spontaneam Tussani Baullé abdicationem, concedi et conferri præfato Petro-Joanni Foligniet.

4° Audita et probata sunt Rationes Accepti et Expensi à M. Ludovico-Nicolao Durand, Universitatis Quæstore, in Solemnem præmiorum Academicorum distributionem, mense Augusto proximè elapso, factam.

Et ita super his quatuor Capitibus, audito primùm super singulis M. Letheveu, Syndico, Conclusit amplissimus Rector./.

Cochet Rector.

23. April. Anno dñi 1748, die vigesimâ-tertiâ Aprilis, feriâ nimirùm tertiâ post Dominicam in Albis, horâ septimâ matutinâ, habita est in Maturinensi Synodus Beneficiatorum Universitatis.

1° Postquam Amplissimus Rector Synodum aperuit, Beneficiati per Academicum Scribam hoc ordine appellati sunt.

Pastores Ecclesiarum parochialium.

M. Christophorus Bellot, Licent. Theologus, Pastor Ecclesiæ parochialis SS. Cosmæ et Damiani.

M. Claudius Leger, in artibus Magister, Pastor Ecclesiæ parochialis.

G. DE PARIS
P. P. EXTR. I. SOL. D. LAF.

=rochialis S. Andreæ ab Arcubus.

M. Joannes-baptista-Antonius Cotelle, Licent. Theol. Pastor Ecclesiæ parochialis S. Germani Senioris, ab universitate inter majores beneficiatos ultimò nominatus, designante Venerandâ Normanorum Natione.

Capellani

M. Carolus Tabourin, in Artibus Magister, Capellanus Ca=pellanus Capellaniæ B. mariæ in Ecclesiâ parochiali S. Andreæ ab Arcubus.

Capellaniarum Savöesianarum.

M. franciscus-Carolus Dufour, Doctor Theol. et Ecclesiæ Parisiensis Canonicus.

M. Petrus-Stephanus Gourlin, Bacc. Theologus.

M. Andreas Potier, Bacc. Theologus.

M. Josephus Ravy, Bacc. in Jure Canonico.

M. franciscus Brenet, Baccal. Theologus, ab universitate inter minores beneficiatos ultimò nominatus, designante et præsentante Ven. Normanorum Natione.

Capellaniarum de Castelleto

M. Petrus Meurice, Licent. in Utroque Jure.

M. Julianus Chabrun, Bacc. Theol.

M. Petrus-Maturinus Vaillant, Bacc. Theol.

Capellaniarum de Thesauro regio.

M. franciscus Witasse de fontaine, Licent. Theol.

franciscus Monchablon, presbyter.

Abfuerunt MM. Tabourin, Dufour, Meurice, Chabrun, Vaillant, Witasse et Monchablon, qui excusati sunt præter Mgros Chabrun et Witasse.

Audito M. Leneveu, Syndico, Placuit, præsentes laudari, absentes verò qui sonticam absentiæ suæ causam dedere pro excusatis haberi, cæteros pœnâ solitâ damnari.

2° Placuit, admitti ad Sacramentum Petrum-Joannem Folignier, Pergamenarium Universitatis, electum die 6. hujus men=sis loco Tussani Paulé, liberé abdicantis. Folignier, Pergamener.

3° Quòd dixit meritissimus Syndicus, se, prout sibi man=datum fuerat, curasse conscribi duos Libellos memoriales, alte=rum de negotio, quod a pluribus annis universitatem inter et

Chirurgos pandat, alterum de negotio Seminariorum Petrocoriensium, Placuit, priorem a Decano Medicinæ et Universitatis Scribâ cum ipso meritissimo Syndico, alterum a Decano Theologiæ et Gallicæ Procuratore, cum eodem meritissimo Syndico examinari.

Et ita super his tribus capitibus Conclusit amplissimus Rector. J. Cochet, Rector

4. Maji. Anno dñi 1748, die quartâ mensis Maji, habita fuit Comitia ordinaria Deputatorum Universitatis apud amplissimum Rectorem in Mazarineo.

1° Supplicârunt pro Literis Nominationis jure Magisterii artium et quinquennii MM. Antonius Pinal, presb. Constantiensis; Claudius-Alexius Torre de S.t Torre, presb. Corisopitensis; Carolus Brocheton, Subdiac. Laudunensis; Gilbertus Arcelin, presb. Matisconensis; Honoratus Ricard, Acol. Forojuliensis; Jacobus-Henricus Osber, presb. Constantiensis. De his retulit M. Le Neveu, Syndicus, ac dixit, se vidisse tum eorum Literas Magisterii, tum Professorum, quos audiverunt, testimonia, quibus constat, quinquennium Academicum fuisse ab iis ritè confectum; cæteraque instrumenta ad hanc Supplicationem requisita; in quibus omnibus nihil desiderari. Audito meritissimo Syndico, Placuit, sua præfatis Supplicibus postulata concedi.

2° Lecta et recognita sunt quæ fuerant in superioribus Comitiis acta et Statuta.

3° Quòd exposuit meritissimus Syndicus, his diebus mortem sublatum esse M. Ludovicum Fontaine, qui à mense februario anni 1741, Collegiorum Trecorensis et S. Michaëlis res, sub Sequestri nomine, procuravit. Illum singulis annis accuratam ac fidelem administrationis suæ rationem reddidisse. Se, et cum prædictus Fontaine morti proximus esset, et statim ab ejus morte, fecisse, quæ juris sunt, ut et chartarum rerumque omnium ad præfata Collegia pertinentium et residuæ administrationis ratio ab ejus hæredibus certò et tutò repeti possit. Quòdque M. Ludovicus-Nicolaus Durand, Universitatis Quæstor, dixit, Etsi sciat, aliquid honorarii duobus portionibus horumce Collegiorum Procuratoribus Sequestris ab Academico Tribunali, de Supremi Senatûs autoritate, fuisse attributum, se tamen M. Augustini-Claudii Berroigne, cui ipse in Quæsturâ Universitatis successerit, qui ipse per plures annos supra-dictorum Collegiorum res gratuito administravit, exemplo admonitum et excitatum operam quoque gratuitam ad eamdem administrationem offerre; De eâ re, censuerunt omnes, laudandam esse Mgri Durand voluntatem, eique mandandam Collegiorum Trecorensis et S. Michaëlis

G. DE PARIS P.P. EXTR. I. SOL. 4. D. LAF.

administrationem, gratuitò, ut ipse obtulit, exercendam.

4.° De mandato amplissimi Rectoris comparuerunt Pergamenarii Universitatis Jurati. Aberat eorum antiquior Claudius Rains, morbo impeditus (receu le 9. mars 1726.). Tres alii, franciscus Pottier (4 avril 1742), Carolus-Joannes-baptista Denis (12 mars 1748), et Petrus-Joannes folignier (6. avril 1748) stiterunt se, et ab amplissimo Rectore interrogati sunt de statu rei pergamenariæ, quatenùs ad universitatem spectat. Ex eorum responsis compertum est, parùm diligenter observari latas de re pergamenariâ sanctiones. Placuit, eos admoneri, ut ad officii sui partes acriùs intendant, legesque de Pergameno latas, ac præsertim Decretum supremi Senatûs die 16. mart. ann. 1731 factum, diligentiùs observent ipsi, et ab aliis curent observari.

Et ita super his quatuor capitibus, audito priùs super singulis M. Le Neveu, Syndico, conclusit amplissimus Rector./.

Cochet, Rector.

Anno dñi 1748, die primâ Junii, habita sunt Comitia ordinaria Deputatorum Universitatis apud amplissimum Rectorem in Mazarinæo. Quibus in Comitiis primùm interfuit M. Petrus Le Sellyer, novus Picardicæ Nationis Procurator. I. Jun.

1.° Supplicârunt pro Literis Nominationis jure Magisterii artium et quinquennii MM. Nicolaus Laborier, Acol. Matisconæus; Maximinus Roubin, presb. Grassæus; Joannes-franciscus-Regis fromentin, diac. Atrebas; Ludovicus-Constantinus Néel de S.te Marie, diac. Constantiensis; Simon-Thomas Rambaud, presb. Carpentoractensis. De his retulit M. Le Neveu, Syndicus, ac dixit, se vidisse tùm eorum Literas Magisterii, tùm Professorum, quos audierunt, testimonia, quibus constat, quinquennium Academicum fuisse ab iis ritè confectum, cæteraque instrumenta ad hanc supplicationem requisita; in quibus omnibus nihil desiderari. Audito D. Syndico, Placuit, sua præfatis supplicibus postulata concedi.

2.° Lecta et recognita sunt quæ fuerant in superioribus Comitiis acta et statuta.

3.° Quòd dixit M. Ludovicus-Nicolaus Durand, universitatis Quæstor, intrà paucos menses finitum iri spatium temporis, in quod Academica Domus, quam Universitas habet in Viâ Sanjacobæanâ sitam, honesto viro D. Guilleaumon, Civi Parisiensi et Propolæ Aulæario, locata est; quòdque præfatus Guilleaumon postulavit prorogari sibi dictæ domûs locationem, Re diligenter et maturè consideratâ, Placuit, Pactionem locatitiam cum dicto Guilleaumon, eodem, quo ante, pretio, renovari. De anteriori præfatæ domûs parte, cujus Conductor pretium Conductionis imminui postulat, Placuit, eam ab architecto D. Richard inspici et lustrari, ut, si

si quid

quid facto opus sit, quò locatu facilior evadat, Statuatur.

4.° Actum est cum præfato Guilleaumon, ut ad Solemnem ac annuam præmiorum Academicorum distributionem ipsa aulam Sorbonicam non tantùm Sedilibus ac aulæis, quod adhuc fecit, sed etiam scalis aliisque ligneis operibus instruendam suscipiat, pretio quadringentarum libellarum in singulos annos. Quam conditionem ille accipere se dixit.

5.° Placuit, Quæstoris Academici Rationes die 6.ª hujus mensis audiri; Sacras verò Universitatis Supplicationes ad diem 19.am indici; item Scholasticas concertationes ad 21.am ac sequentes.

6.° Quòd Vir honestus Carolus-franciscus Chavaux, Librorum Compactor Universitatis Juratus, Officium suum instrumento authentico simpliciter ac liberè abdicavit; Quódque Philippus-Martialis Boutault, justo artis radigandi tyrocinio adoctus, Officium illud postulavit; Placuit, ejus annuæ postulationi, eique præditum Officium conferri.

7.° De hubantinâ domo, de quâ superiùs anno superiore actum est, dixit meritissimus Syndicus, moras hactenùs illi operi fuisse injectas tùm ex morte Dñi Lebrun, Architecti à Supremo Senatu ad rem inspiciendam designati, tùm ex aliquot offensionibus, quæ Dñi Bourgeois, alterius Architecti, quocum de re peragendâ agi cœptum erat, voluntatem nonnihil alienârunt, tùm ex aliis impedimentis, quæ acciderunt. Videri ad Supremum Senatum rursùs esse recurrendum. Placuit, mandari meritissimo Syndico, ut eam rem procurare pergat, adhibito in Consilium, si necesse sit, Dño Richard, Universitatis Architecto ordinario.

8.° Quòd dixit meritissimus idem Syndicus, denuntiatum sibi fuisse ab antiquo Collegii S. Michaëlis Bursario, nomine Lespinasse, forum Academicum jamdudum experto, libellum Supplicem, quo præfatus Lespinasse, tùm Suo, quàm Principis Caletani nomine, postulat dari sibi prædicti Collegii regimen, tanquam primario, dudùm, ut contendit, nominato. Placuit, mandari D. Syndico, ut ei denuntiationi ex Juris formulis respondeat.

9.° Dixit idem meritissimus Syndicus, Collegium Senonanense urgeri ac appellari de tributo, quod ad viam hujus Urbis pergandam, ac laternis illustrandas impositum est: postulare, ut Universitas præstò sit sibi. Dictum est, Sciri priùs oportere an præfatum Collegium debeat, ac quid debeat, idèoque descripto exponendum, quid postulet.

10. De Bernardino Biron, illo Universitatis Nuncio, qui die 28 aug. 1745 petierat, ut ad causam quamdam suam, in Regis Consistorio pendentem, Universitas accederet, idque tantùm obtinuerat, ut Universitatis Commendatione ac Officiis adjuvaretur, prout diebus 2. oct. ac 4. Decemb. ejusdem anni Statutum

est; die verò 7. maji 1746, cum Universitati denunciassent, Ordines Provinciæ Armoricæ ad Portas advenas accessisse Privilegium Academicum impugnaturos, ab Universitate evicerat, ut ipsa quoque in causam descenderet; Quòd dictum est, Eum causâ cecidisse, reservatâ tamen inter Ordines Armoricos et Universitatem de Academico Privilegio Controversiâ, de quâ postmodum Rex pronuntiaret; quòdque illius nomine postulatum est, ut, quum à suâ causâ ipso Comitorii Decreto Universitatis causa discretæ ac separata fuerit, jam Universitas impensas ab ipsâ tam factas, quam faciendas in se susciperet, Placuit expectari, dum certò constet, quid Decretum ferat.

Et ita super his decem capitibus, audito primùm Super-singulis M. Le Neveu, Syndico, conclusit amplissimus Rector.

Cochet, Rector

Anno Dñi 1748, die Sextâ Junii, habita sunt Comitia Deputatorum et Adjunctorum Universitatis apud amplissimum Rectorem in Mazarinæo, ad excipiendas Rationes Accepti et Expensi ab Universitatis Quæstore per annum 1747. 6. Jun.

1° Auditis probatisque Rationibus, compertum est, ex Acceptis residuam esse Summam quingentarum et septendecim libellarum cum quatuordecim denariis. Quam Summam Placuit in manibus Quæstoris relinqui.

2° Placuit rogari Amplissimum Rectorem, ut, dato in eam rem Mandato Rectorio, singulos dies singulis Concertationibus Scholasticis assignet. Sic autem illi dies fuerunt ordinati.

Rhetores
- Die Veneris 21. Junii Oratonem Græcam in Gallicam vertent.
- Jovis 27. Carmen Latinè Scribent.
- Martis 2. Julii Oratonem Scribent Gallicè
- Veneris 5. Alteram Oratonem Scribent Latinè.

Secundani
- Martis 25 Junii Oratonem Græcam vertent in Gallicam.
- Veneris 28 Carmen Latinè Scribent
- Mercurii 3 Jul. Oratonem Gallicam in Latinam vertent.

Tertiani
- Merc. 26. Junii Græcam Oratonem vertent in Gallicam.
- Lunæ 1. Jul. Latinam vertent in gallicam
- Jovis 4. Gallicam in Latinam Vertent.

Et ita super his duobus capitibus, audito super iis M. Le Neveu Syndico, conclusit ampliss. Rector. Cochet Rector

16. Junii.

Anno dñi 1748, die decimâ-quintâ Junii habita sunt extra ordinem Comitia Deputatorum Universitatis apud amplissimum Rectorem in mazarinæo.

Lectus et probatus est Libellus memorialis de negotio Seminariorum Petrogorensium conscriptus; et, placuit, cum quamprimum typis mandari.

Et ita concluxit amplissimus Rector. /. Cochet, Rector

19. Jun.

Anno dñi 1748, die decimâ-nonâ Junii, habita sunt Comitia centuriata Universitatis in Maturinensi ad sacras — academica supplicationes.

Primum in angulo consessum est, ubi supplicarum pro Litteris Nominationis jure magisterii artium et quinquennii MM. Joannes-Thomas Hamel, presb. Constantiensis; Petrus Mensat, diac. Parisinus; et Marcus-Antonius-Ludovicus Bourrée, clericus Parisinus. De his retulit M. Lefèvre, Syndicus, ac dixit, se vidisse tum eorum Litteras Magisterii, tum Professorum, quos audierunt, testimonia, quibus constat, quinquennium academicum fuisse ab iis ritè confectum, cæteraque instrumenta ad hanc supplicationem requisita; in quibus omnibus nihil desiderari. Audito Syndico, placuit, sua gratuitis supplicibus postulata concedi.

Librarii Cavelier, Chardon, Saugrain.

Ibidem sacramentum dixerunt inter amplissimi Rectoris manus tres novi Librarii, scilicet, Guillelmus Cavelier, Jacobus-Carolus Chardon, et Antonius-Claudius Saugrain

Boutault, Rel.

Dixit quoque sacramentum Philippus-Martialis Boutault, Librorum Compactor, nominatus die 1.ª hujus mensis.

Deinde itum est in Comitium, ubi postquam peroravit amplissimus Rector, Omnes Ordines Academici rata et grata habuerunt quæ gessit in suo trimestri magistratu, litteras quæ illi commendatitias decreverunt et amplum Comitatum exhibuerunt ritè procedenti ad eadem Dei sacram sub invocatione S. Bernardi apud fulienses S. Honorati.

Pontificem egit M. Garguy: sacram concionem ad populum habuit M. Camponnet; eucharisticum verò ad Pontificem M. Guenée, humanitatis Professor in Lexoviæo. /.

Cochet, Rector

Anno Dñi 1748, die vigesima-secundâ Junii, habita 22. Jun.
sunt Comitia generalia-præclaræ artium facultatis in
Maturinensi.

Post habitam ab amplissimo Rectore Orationem, Sup=
=plicarunt Nicolaus-Carolus Danzel, diac. Ambianensis, ut Danzel
ne sibi noceat, quòd in priore Logicorum catalogo inseri=
=serit se Carolum-Nicolaum: Laurentius-Andreas-Jose= D'alayer de
=phus d'alayer de Costemore, acol. Dinicaus, ut ne sibi no= Costemore
=ceat, quòd in priore Logicorum catalogo aliisve actis quibus=
=cumque Academicis scriptus sit Laurentius-Josephus-An=
=dreas; item Dinicensis, non Dinicaus: franciscus-Eustachius Lestoré
Lestoré, clericus Senonensis, ut ne ei sibi noceat, quòd in ali=
=quibus actis Academicis nomini suo gentilitio adjectum
sit cognomentum Dupontet: Ludovicus-Hugo Dethy, Dethy.
clericus Matisconensis, ut ne sibi noceat, quòd in catalogis aliisve
actis Academicis quibuscumque pro Hugone Dominatus sit
franciscus: Marcus-Antonius-Ludovicus Bourrée, clericus Bourrée.
Parisinus, in artibus Magister, ut é nominibus suis tollantur
duo illa cognomenta de Corberon de Labarre, tum in Litteris
suis Magisterii, tum in aliis actis quibuscumque Academicis:
Joannes-baptista Ninnin, presb. Remensis, humanitatis in Ninnin.
Universitate Remensi antehac Professor, ut biennium Philoso=
=phicum in præditâ Universitate à se confectum, videlicet
à Kalendis anni 1730 ad ferias Academicas anni 1732, ut
constat ex Litteris patentibus ejusdem Universitatis, sibi hîc
pro uno anno imputetur: franciscus-hubertus Malcuit, cleri- Malcuit
cus Tullensis, ut immunis fiat ab onere scribendi (à Pascha=
=libus anni 1748) ob gravem vectoris infirmitatem, testante
M. Munier, Doctore Medico Parisiensi: Carolus Clement Clement de
de Vaumoreau, clericus Cenomanensis, ut immunis fiat ab Vaumoreau.
onere scribendi, ob insignem oculorum debilitatem, testante
M. Bauger, Doctore Medico Parisiensi: Alexander-fran= Daumale
=ciscus Daumale, clericus Ambianensis, ut ne sibi noceat,
quòd nomen suum in posteriore Logicorum hujus anni cata=
=logo scribere non potuerit, morbo scilicet impeditus, quòd
testatur præfatus M. Munier, Doctor Medicus Parisiensis.

Audito de illis Supplicibus M. Le Neveu, Syndico, Na=
=tione ab amplissimo Rectore dimisso ad deliberandum de
illorum petitionibus, de probandis quæ gesta, confirmandisque
Quatuorviris, retulerunt quæ ornatissimos Procuratores, se
rata et grata habere quæ gessit amplissimus Rector in suo
trimestri Magistratu eique Litteras commendatitias decernere,
Supplicibus omnibus indulgere; confirmare Quatuorviros
matutinis Comitiis electos, videlicet in honorandâ Natione
Mgrum Carouge, Litterarum Professorem in Cardinalitio; in
fidelissimâ Mgrum Petit, humanitatis Professorem in Mazari=
=neo; in Venerandâ, Mgrum Ancel, Bacc. Theologum; in

Constantissimâ, Mgrum Lallemand, Virum Procuratorium.

Quatuorviri, præfito coràm præclarâ Artium facultate sa=
=cramento, conclave subierunt, unde digressi per Mgrum Carouge
retulerunt, se fasces Rectorios prorogasse amplissimo Viro
D. Cochet.

Quæ prorogatio ab omnibus Nationibus probata et
confirmata fuit.

Et ita conclusit amplissimus Rector./

Cochet, Rector.

6. Jul. Anno dñi 1748, die Sextâ Julii, habita sunt Comitia
ordinaria Deputatorum Universitatis apud amplissimum Rectorem
in Mazarinæo.

1° Supplicarunt pro Litteris Nominationis jure Magisterii Artium
et quinquennii MM. Antonius Vicaire, diac. Noviomensis; Nicolaus-
-Antonius Vannier, diac. Lingonensis; et Joannes-henricus Papin,
presb. Parisiensis. De his retulit M. Le Neveu, Syndicus, ac dixit,
se vidisse tùm eorum Litteras Magisterii, tùm Professorum, quos au=
=dierunt, testimonia, quibus constat, quinquennium Academicum
fuisse ab iis ritè confectum, cæteraque instrumenta ad hanc sup=
=plicationem requisita; in quibus omnibus nihil desiderari, nisi
quòd inter testimonia studii Theologici Mgri Papin unum est,
in quo tempus non accuratè et secundum leges nostras notatur ac
determinatur. Audito Syndico, Placuit, non antè admitti
Supplicationem Mgri Papin, quam testimonia studii sui ritè et
secundum leges confecta protulerit; duobus autem aliis supplici=
=bus annui.

2° Lecta et recognita sunt quæ fuerant in Superioribus Comi=
=tiis acta et statuta.

3° Quòd amplissimus Rector elegit ac designavit, qui
Juvenum Academicorum concertatorias scriptiones ad proximam
præmiorum distributionem expendant, Rhetorum quidem, Mgros fro=
=mentin, Eloquentiæ Professorem in Mazarinæo; Lallemand Eloquentiæ
Professorem in Marchiano; Guenée, humanitatis Professorem in
Lexovæo, cum Mgro Piat, antiquo Eloquentiæ Professore.

Secundanorum, Mgros Tabaric et Batteux, Eloquentiæ Pro=
=fessores, hunc in regiâ Navarrâ, illum in Lexovæo, cum Mgris
Sencier et Dagoumer, tertiæ Classis Professoribus, priore in Car=
=dinalitio, posteriore in harcuriano.

Tertianorum, Mgros Petit et Quervelle, humanitatis Pro=
=fessores, illum in Mazarinæo, hunc in Sorbonæ-Plessæo, cum
Mgris Guimbert et Dair, Grammaticæ in præfatis Collegiis
Professoribus.

De ea re, audito M. Le Neveu, Syndico, Placuit, suprà

nominatos

nominatos Magistros probari, qui Scriptiones Scholasticas expendant et de illarum ordine et gradu cum ipso amplissimo Rectore judicent.

4° De domo Rubantinâ, jam suprà memoratâ, Placuit, mandari meritissimo Syndico, ut unà cum ~~amplissimo Rectore judicibus~~ magro Morin, Normanicæ Nationis Exprocuratore, quæ facienda videbuntur, procuret.

5° Quòd dictum est, Murum, qui Sacello Collegii Janbaranni cum ædibus Academicis communis est, malè affectum videri, Placuit, mandari meritissimo Syndico et fidelissimo Quæstori, ut cum per Universitatis architectum ordinarium propere inspici curent, ut si quid facto opus sit, id proximo feriarum Academicarum tempore suscipi et confici queat.

Et ita super his quinque capitibus, audito prius super singulis M. Letellier, Syndico, conclusit amplissimus Rector./.
approuvé la ratura de trois mots dans la presente Conclusion./.

Cochet, Rector

Annodni 1748, die tertiâ mensis Augusti, habita sunt Comitia ordinaria Deputatorum Universitatis apud amplissimum Rectorem in Mazarinæo. 3. Aug.

1° Supplicârunt pro Litteris Nominationis jure Magisterii artium et quinquennii MM Alexander-Michaël Cellot, clericus Parisinus; Antonius Patijean, Subd. Lingonensis; Anna-florentius Lelamus, Subd. Parisinus; Ægidius Louvel, clericus Constantiensis; Ambrosius-hubertus Tonnellier, Acol. Senonensis; Antonius Servais, diac. Catalaunensis; Carolus Renert, Acol. Lemovicensis; Carolus Milliet, Lugdunensis, presb. Strictæ Observantiæ Ord. Cluniacensis expressè professus; Claudius Boullenois, diac. Noviomensis; Carolus-franciscus Giraud Dorzol, diac. Parisiensis; Carolus De Laval, presb. Aniciensis; Claudius Pottier, Acol. Parisinus; Claudius Garnier, Acol. Lingonensis; Carolus-hubertus De Vence, Subd. Virdunensis; Claudius Pompanon, Æduensis, presb. Strictæ Observantiæ Ord. Cluniac. expressè professus; Dionysius-Tullianus Cloüet, Acol. Carnotensis; Dionysius-franciscus Tourdain, presb. Ebroicus; Edmundus Goulier, clericus Lingonensis; franciscus Vallet, presb. Ebroicensis; franciscus-maria Gregoire de Chateauvert, Æduensis, presb. Strictæ Observ. Ord. Cluniac. expressè professus; franciscus Potignon, Æduensis, presb. Strictæ Observ. Ord. Cluniac. expressè professus; franciscus-Leopoldus Vosgien, diac. Tullensis; franciscus-Carolus Torey, Acol. Rotomagæus; Gabriel-Ludovicus Motte, Subd. Bellovacus; Guillelmus-franciscus Bantin, presbyter Rotomagensis; Gabrial Armerie, Subd. Rotomagensis; henricus Turquet, presb. Ambianensis; hieronymus-franciscus Mineau, presb. Carnotensis; hubertus Chalumeau, clericus Æduensis; Joannes-felix-

Belu, acol. Parisinus; Joannes-Christophorus Doinard, presb. Carno=
=tensis; Joannes-franciscus Dibusty, diac. Bayonæus; Jacobus-Joannes-
-baptista-Maria Amelton, cleric. Cenomanus; Joannes-baptista Cornil=
=lard, subd. Parisiensis; Joannes-baptista Andrieu, subd. Rotomagensis;
Julianus Le Couturier, diac. Bajocensis; Joannes-Petrus Mailhol,
cleric. Carcassonensis; Joannes Barrier, cleric. Lugdunæus; Joannes
Giraud, acol. Viennensis; Joannes-Jacobus Barbé, cleric. Cenomanensis;
Joannes Poissant, diac. Audomarensis; Joannes-Bartholomæus Tou=
=douze, subd. Parisinus; Jacobus-Nicolaus-franciscus Courtin, presb.
Constantiensis; Joannes Berard de Goutefrey, acol. Gratianopolitanus;
Jacobus Rullot, cleric. Ebroicensis; Laurentius-Josephus-Andreas-Josephus
D'alayer de Cottemore, acol. Diniæus; Marcellinus Labourot, subd.
Tullensis; Michaël Bruy, Matisconensis, presb. strictæ observ. ord.
Cluniac. exgressé professus; Nicolaus Pellatier, acol. Lingonensis;
Nicolaus-Joannes-baptista Parmentier, acol. Rotomagæus; Nico=
=laus Petitjean, subd. Lingonæus; Nicolaus Tourré, presb. Silvanec=
=tensis; Nicolaus-Antonius Vannier, diac. Lingonensis; Nicolaus
Rabourdin, diac. Senonensis; Nicolaus Osmont, presb. Rotomagen=
=sis; Nicolaus Fourey, cleric. Lingonæus; Nicolaus-Philippus Thoré,
subd. Parisinus; Petrus Lefebure, presb. Rotomagensis; Philippus-
-franciscus Montfort, diac. Rotomagensis; Petrus Barbier, presb.
Ambianensis; Petrus-Guillelmus Coquillot, cleric. Ebroicensis; Petrus-
-Carolus Chaddé, acol. Carnotensis; Petrus-franciscus-Maria Deudin,
subd. Audomaræus; Renatus Bidard de la Gendrye, subd. Rado=
=næus; Romanus Corbaux, cleric. Noviomensis.

De his retulit M. Le Neveu, Syndicus, ac dixit, se vidisse tum eorum
Litteras Magisterii, tum Professorum, quos audierunt, testimonia, quibus
constat, quinquennium Academicum fuisse ab iis rité peractum, cæteraque
instrumenta ad hanc supplicationem requisita; in quibus omnibus —
nihil desiderari, præter quæ sequuntur. Nicolaus Osmont non potuit
proferre litteras testimoniales studii hoc anno confecti sub altero —
é Professoribus Theologicis, quorum lectiones exercuit; quia Professor
ille ab aliquot diebus vus discessit. Joannes Barrier, clericus Lug=
=dunæus, dicitur in Litteris Magisterii Joannes-baptista, et Lugdu=
=nensis. Joannes-franciscus Dibusty, diac. Bayonæus, in Litteris
Magisterii dicitur Bayonensis. Joannes-baptista Cornillard,
subd. Parisiensis, dicitur Parisinus in Litteris clericalis tonsuræ.
Anna-florentius Le Lamus in litteris clericalis tonsuræ dicitur Lamus
sine particulâ Le. Audito meritissimo Syndico, placuit, sua
præfatis supplicibus gratulata concedi, ita tamen, ut Nicolaus
Osmont exhibeat Universitatis Scribæ Litteras testimoniales,
quas hodierno die exhibere non potuit; ac quatuor alii, à præfato
Syndico observati, nomina sua suosve titulos reformari cu=
=rent aut in actis academicis, aut in Litteris clericalis tonsuræ.

2° Lecta et recognita sunt quæ fuerant in superioribus Co=
=mitiis acta et statuta.

3° Retulit meritissimus Syndicus, se, prout postremis Comitiis
præscriptum fuerat, unà cum fidelissimo Quæstore ac Univer=

G. DE PARIS P.P. EXTR. I. SOL. D. LAF.

=sitatis Architecto murum inspexisse, qui Collegii Sanbarbarani Sacello et aedibus Academicis communis est. Visum fuisse murum illum aliquot locis inclinatum, periculumque esse ne jam impar sit sustinendo Sacelli tecto, cujus magna pars in eum ingruere ac totâ suâ mole incumbere videbatur. Vocatis igitur et consentientibus Collegii Officiariis, caepta esse fieri, tam ex parte Collegii, quam ex parte Universitatis, quae inchoando operi necessaria essent. Disco=opertâ autem tecti parte, quae praefatum murum pertingit, appa=ruisse, tectum illud non inniti praefato muro, sed transversâ trabe utrique muro laterali impositâ, atque adeò praefatum murum longè minori onere gravari, quam putabatur. Quibus inspectis et cognitis, Universitatis Architectum, atque etiam duos alios archi=tectos, judicasse, murum illum posse in eo statu, in quo nunc est, sine periculo servari; trullissatis tamen et refectis aliquot partibus, quae hiare et laborare videntur. Statim opere inchoa=to supersessum esse. Audito meritissimo Syndico, Placuit, praefatum murum, qualis nunc est, relinqui; trullissari tamen atque etiam refici, si quibus in locis trullissatione aut refecti=one indigere constiterit. Quam primùm etiam refici ac repa=rari, quaecumque in aedibus Academicis ex parte Universitatis, occasione praefati muri, diruta fuere.

4.° Accessit M. Thebault, Collegii Sanbarbarani Procurator, postulavitque, ut, cum praefatus murus judicatus sit sine ullo periculi metu stare posse, quae pars tecti diruta est, sumptibus Universitatis reparetur. Responsum est, murum illum Collegio et Universitati esse communem; communem quoque fuisse periculi metum; commune pariter futurum fuisse periculi re=medium. Si citrà necessitatem diruta sit ea tecti pars, quae murum contingit, id eorum culpâ accidisse; illorum enim fuisse admonere, suum tectum praefato muro minimè inniti. Quum autem periculi metus ex eâ tecti, in murum, ut videbatur, incum=bentis impressione potissimùm oriretur, nec ipsi contra quid=quam proferrent, necessariò fuisse ea facienda, quae praesens periculum, aut saltem periculi apparens species, posceret. Nonnulla igitur diruenda fuisse tam ex Universitatis, quam Collegii parte. Quae autem ex Collegii parte diruta sunt, ea, ipsis inspectantibus, ipsis consentientibus, ipsis mandantibus, per ipsos Collegii fabros, fuisse diruta. Nihil ergo ambigen=dum, quin, quemadmodum quae ex Universitatis parte diruta sunt, Universitatis sumptibus sunt reficienda, ita quae diruta sunt ex Collegii parte, Collegii sumptibus reficienda sint.

5.° Placuit, statui, ut, si qua deinceps paulò gravior reparatio instituenda contingat, praeter Latomum, rei peragendae susceptorem et administrum, consulatur archi=tectus à Latomo diversus.

6.° Admonuit M. Durand, Universitatis Quaestor, esse ali=

=quid in Domo Academicâ sanjacobeâ, quod reparatione egeat, Dictum est, si de levi reparatione agitur, curandum, ne sine morâ fiat; si gravior sit, consulendum.

7° De postulatione Bernardini Piron, Universitatis Nunci, quæ habetur in conclusione mensis Junii ultimò elapsi, nimi= =rùm, ut, quum à suâ causâ Decreto Regii Consistorii die 20 maji facto Universitatis causa discreta ac separata fuerit, impensæ in eo negotio Universitatis nomine tam factæ, quam faciendæ, non à se, sed ab ipsâ Universitate ferantur; Viso Regio Decreto, die 20 maji facto, quod sic habet, "Le Roy
" en son Conseil, faisant droit sur l'Instance, a renvoyé et
" renvoye ledit Piron et ladite Veuve Piron en la Prevosté
" royale de Nantes, et par appel au Parlement de Bretagne,
" pour y proceder sur leurs demandes et Contestations, circons=
" =tances et dependances, suivant les derniers errements. Sur
" le surplus de leurs demandes quant à ce, a mis et met les
" parties hors de Cour, et a condamné led. Piron aux depens
" envers ladite Veuve Piron, depens entre lesdits Piron et les
" Intervenans, et entre lesdits intervenans compensés. Et en ce
" qui concerne le surplus des demandes formées par le Syndic
" des Etats de Bretagne contre les Recteur, Doyens et Suppots
" de l'université de Paris, et par lesdits Recteur, Doyens et
" Suppots contre ledit Syndic, a ordonné et ordonne,
" que lesdits Syndic, Recteur, Doyens et Suppots remettront
" incessamment entre les mains dudit le Chancelier leurs titres,
" pieces et Memoires au Sujet des privileges par eux respecti=
" =vement prétendus, pour y estre par S. M. pourvû de tel
" reglement qu'il appartiendra. fait au Conseil d'Etat du
" Roy, tenu à Versailles le 20 mai 1748. Placuit cum
præfato Piron benignè agi, et sumptus accessionis ad causam, sive, ut loquuntur, interventionis, ab universitate dissolvi.

8° Placuit, solemnem præmiorum distributionem ad diem hujus mensis duodecimam indici.

Et ita super his octo capitibus, auditio priùs super singulis, M. Jacobo Vallette Le Neveu, Syndico Conclusit amplissimus Rector. / Colret, Rector

1748. — Aug. 16.

Anno dñi 1748, die duodecima mensis Augusti, congregata est Universitas in majoribus Sorbonæ Scholis, ubi post habitam a V.C. Michaele-Francisco Lebel, Rhetorum Mazarinæorum altaro, Orationem, præmia academica, præsente Supremo Senatu, distribuit hoc ordine, 12. Aug.

In Rhetoricâ

Primum Orationis Latinè scriptæ præmium inter Veteranos tulit Ludovicus-Stephanus Guerain, Parisinus, è Coll. Grassinæo.

Secundum inter Veteranos, Joannes-baptista-Jacobus Elie, Carentonæus, è Collegio Grassinæo.

Proximè accesserunt inter Veteranos Ludovicus-Antonius-Maria Delaune, Parisinus, è Coll. Grassinæo, et Joannes-Franciscus Lesparat, Parisiensis, ex eodem Coll. Grassinæo.

Primum ejusdem Orationis Latinè scriptæ præmium inter Recentiores tulit Antonius Thomas, Claromontanus, è collegio Lexovæo.

Secundum inter Recentiores, Joannes-baptista-Carolus-Maria de Beauvais, Charoburgæus, è Coll. Grassinæo.

Proximè accesserunt Petrus Stafford, hibernus, Coll. Sorbonæ-Pleff. Carolus Becquet, Pontisarensis, Coll. Grassin. Josephus Gerdolle, Tullensis, Coll. March. Petrus-Claudius Malvaux, Remensis, Reg. navarr. Carolus-Laurentius Baucheron, Meldensis, Colleg. Mazarinæi: Henricus Racine, Nieduntensis, Colleg. Grassin.

Primum Orationis Gallicè scriptæ præmium tulit idem Joannes-baptista-Carolus-Maria de Beauvais, Charoburgæus, è Coll. Grassinæo.

Secundum, idem Antonius Thomas, Claromontanus, è Colleg. Lexovæo.

Proximè accesserunt Joannes-baptista-Jacobus Elie, Carentonæus, Coll. Grassin. Antonius-Franciscus Dubaurant, Ponticeriensis, Coll. Bellov. Ludovicus-Stephanus Guerain, Parisinus, Coll. Grassin. Petrus Stafford, hibernus, Colleg. Pleff. Petrus-Claudius Malvaux, Remensis, Reg. navar. Carolus-Laurentius Baucheron, Meldensis, Coll. Mazar.

Primum Carminis Latinè Scripti præmium inter Veteranos tulit idem Ludovicus-Stephanus Guerain, Parisinus, Coll. Grassin.

Primum inter Recentiores, idem Antonius Thomas, Claromontanus, Coll. Lexov.

Secundum inter Recentiores, idem Joannes-baptista-Carolus-Maria de Beauvais, Colleg. Grassin.

Proximè accesserunt Lud.-Antonius-Maria Delaune, Parisinus, Coll. Grassin. Petrus-Nicolaus Andrieu, Parisinus, Coll. Mazarin.

Joannes-baptista-Bruno Brutè, Parisinus, Coll. Pless. francicus adam, Coll. Mazar. Antonius-francicus Dulaurant, Ponticerensis, Coll. Bellov. Ludovicus Renneville, Laudunensis, Colleg. March.

Primum Orationis Græcæ in Gallicam conversæ præmium tulit Petrus-Nicolaus Andrieu, Parisinus, è Coll. Mazarinæo.

Secundum, idem Antonius Thomas, Claromontanus, è Collegio ~~Graffinæo~~ Lexovæo

Proximè accesserunt Joann.bapt.-Carolus-Maria de Beauvais, Charoburgeus, Coll. Graffin. Petrus Stafford, hibernus, Coll. Pless. Ignatius de Verclos, Avenionensis, Coll. Mazar. Antonius-Remigius Mauduit, Parisinus, Colleg. Bellov. Antonius-Casimirus-Adrianus-Polyeuctus de la motte de Thibergeau, Rupellensis, Coll. Bellovac. Joannes-francicus Lesparat, Parisiensis, Coll. Graffin.

In Secundo Ordine

Primum Orationis Gallicæ in Latinam conversæ præmium tulit Joannes-baptista-Petrus Ducournau, Aquensis, è Collegio-Harcuriano.

Secundum, Carolus-Alexander de Calonné, Duacensis, è Coll. Mazarinæo.

Proximè accesserunt Michaël Bereux, Meldensis, Coll. Pless. Antonius Guyot, Lingonensis, Coll. Pless. Michael-Antonius de Paris, Parisinus, Coll. Pless. Abrahamus-Jacobus Caillard, Parisinus, Coll. Graffin. Simon-Sebastianus Leboucher, Coll. harcur. Michael Kindelan, Dublinensis, Coll. Graffin.

Primum Carminis Latinè Scripti præmium tulit Joannes-baptista Acher, Rotomagensis, Coll. Lexov.

Secundum, idem Carolus-Alexander de Calonne, Duacensis, è Coll. Mazar.

Proximè accesserunt francicus Maudiu, Constantiensis, Coll. harcur. Jacobus Hubert, Coll. Graffin. Antonius-Josephus de Beaulieu de Thiezac, floropolitanus, coll. harcur. Abrahamus-Jacobus Caillard, Parisinus, Coll. Graffin. Joannes-Marinus Hugault, Coll. harcurian. Carolus-francicus Duflos, Rotomagensis, Colleg. Bellov.

Primum Orationis Græcæ in Gallicam conversæ præmium tulit francicus-Ludovicus-henricus de Riche, Ambianus, è Regiâ Navarrâ.

Secundum, Achilles-Antonius-Joannes Mauflastre, è Colleg. Sorbonæ-Plessæo.

Proximè accesserunt Edmundus Chevignard de S.te Vivant, Coll. Bellov. Joannes-bapt.-Petrus Ducournau, Aquensis, coll. harcuriani-francicus maudiu, Constantiensis, Coll. harcur. Abrahamus-Jacobus Caillard, Parisinus, Coll. Graffin. Antonius Guyot, Lingonensis, Collegii Sorbonæ-Plessæi. Petrus-felix Rossignol, Laudunensis, Colleg. Sorbonæ-Plessæi.

G. DE PARIS P.P. EXTR. I. SOL. 4. D. LAF.

In Tertio Ordine

Primum Orationis Gallicæ in Latinam conversæ præmium tulit Petrus Jacquin, Catalaunensis, é Coll. Sorbonæ-Plessæo.

Secundum, Petrus Michel Constantiensis, é Coll. harcuriano.

Proximé accesserunt Jacobus-Maria-Josephus Lépans, Colleg. Mont'acut. Baltazar Groux, Parisinus, Coll. harcur. Jacobus-Antonius Rouveau, Parisiensis, Colleg. Mazar. Gaspardus Ruffier, Æduensis, Coll. Lexov. Ludovicus de la Pommeraye, Bituricensis, Coll. Pless. Carolus-Guillelmus Pechpeyrou-Comenge de Guitaud, Coll. harcur.

Primum Orationis Latinæ in Gallicam conversæ præmium tulit Mathias-Bernardus Goudin, Parisinus, é Coll. Mazar.

Secundum, Jacobus Moreau, Ambianensis, é collegio Sorbonæ-Plessæo.

Proximé accesserunt Simon Leré, Compendicus, Colleg. Bellov. Petrus Michel Constantiensis, Coll. harcur. Josephus Maignon, San-dominicanus, Coll. Bellov. Ludovicus Rustain de St. Tory, Parisinus, Coll. Lexov. Petrus-Antonius de Mornay, Parisinus, Coll. harcur. Franciscus Bresdin, Coll. Mazar.

Primum Orationis Græcæ in Gallicam conversæ præmium tulit idem Petrus Jacquin, Catalaunensis, é Coll. Plessæo.

Secundum, Franciscus Bresdin, é Coll. Mazarinæo.

Proximé accesserunt Mathias-Bernardus Goudin, Parisinus, Coll. Mazar. Alexander-Claudius Lejau de Chamberjot, Parisinus, Coll. Bellov. Joannes-Franciscus Monlien de l'armenerie, Bajocensis, Coll. harcur. Joannes-bapt. Martinet de Montferrat, Sedanæus, Coll. Bellov. Petrus Michel, Constantiensis, Coll. harc. Ludovicus-Franciscus Dubois, Coll. Lexovæi. /. N. Piat
Scriba.

Anno dñi 1748, die decimâ-quartâ mensis Augusti, horâ septimâ matutinâ, habita sunt Comitia præclaræ artium facultatis in Maturinensi, ad creandos Probatores, sive Examinatores, Licentiandorum in Artibus. 14. Aug.

Diu expectatus est Magister Sepher, Procancellarius B. Mariæ tandemque horâ feré octavâ advenit. Qui cum locum ad dextrum amplissimi Rectoris latus pro more caperet, dixit amplissimus Rector, Parum illum decoré facere, qui sic et se Rectorem et præclaram Artium facultatem intempestivâ cunctatione detineret. Dixit ille, Puisque vous le prenés sur ce ton là, si j'avois sçeu cela, je serois venu encor plus tard. Auditis, inquit amplissimus Rector, excusationem Mgri Sepher, et ipsius verba retulit.

Ille, quamquam cum multi proximè adstantes audiarant, negavit se dixisse; at nonnulla addidit parùm moderatè.

Amplissimus Rector, ne Comitia longiores paterentur moras, statim exortus est orationem, in qua pro more de officiis Examinatorum egit.

Postquam finem dicendi fecit, ipse magister Sepher appellavit Examinatores a meritissimo B. Mariæ Cancellario designatos, scilicet in honorandâ Natione Mgrum Hubert, Baccalaureum Theologum; in fidelissimâ Mgrum Mercier, in artibus Magistrum; in Venerandâ, Mgrum Lejumel, Bacc. Theologum; in Constantissimâ, Mgrum King, Licentiatum Theologum.

Magister Estienne, B. Genovefæ Procancellarius, appellavit a meritissimo B. Genovefæ Cancellario designatos, nimirum in honorandâ Natione Mgrum Christianum Le Roy, Eloquentiæ Professorem in Cardinalitiâ; in fidelissimâ, Mgrum Gilbertum-Josephum Valla, Philosophiæ Professorem in Cardinalitiâ; in Venerandâ, Mgrum Ludovicum-Aegidium Le Roux, Licentiatum Theologum; in Constantissimâ, Mgrum Georgium Innese, Virum Procuratorium.

Dimissa Nationes ab Amplissimo Rectore ad deliberandum ac deinde regressæ per singulos Procuratores retulerunt, eligi a se et creari ad tentandam Candidatorum Magisterii peritiam octo viros a meritissimis Cancellariis designatos.

Addidit Gallicana Natio, se vehementer expostulare de magistro Sepher, quòd se in his Comitiis non pro debitâ tum Rectoriæ Dignitati tum præclaræ Artium facultati reverentiâ gesserit.

Picardica, se improbare ac damnare agendi ac loquendi rationem præfati Mgri Sepher; Rogare Amplissimum Rectorem, ut quamcumque visum ipsi fuerit viam ineat, quâ injuria Rectoriæ Dignitati et præclaræ facultati Artium facta reparetur.

Normanica, idem ac Picardica.

Germanica dixit, se de hoc capite nihil deliberasse.

Priusquam Amplissimus Rector concluderet, Procancellarius B. Genovefæ magister Estienne, Vir sanè et candore morum et animi moderatione insignis, rogavit Amplissimum Rectorem et præclaram Artium facultatem, ut verbum, a collegâ imprudentiùs emissum, pro non dicto haberent.

Locus erat Mgro Sepher emendandi, quod peccasset; sed maluit factum suum defendere. Quæsivi, inquit, ex apparitoribus vestris, quâ horâ hæc comitia haberentur, dixerunt, horâ Septimâ cum mediâ. (Statuta, typis impressa, horam habent Septimam. Procancellarius nosse debet Statuta, in iis præsertim quæ ad ipsius officium pertinent.) Idem quæsivi a D. Rectore et idem mihi dixit. Negavit Amplissimus Rector, se dixisse.

Horologia vestra cum meo horologio non Comentiunt. (misella cavillatio!) Responsum, quod primò negaverat se fecisse, sic interpretatus est cum dixi, Si j'avois sçeu cela, je serois venu encor plus tard, id volui dicere, si j'avois sçeu que vous diussiés me gronder, je serois venu plus tard. (digna puero defensio!)

Cum multa alia loqueretur, nec ullum pœnitentiæ aut emendationis verbum faceret, Amplissimus Rector, resumptis Nationum sententiis, cum omnibus Conclusit de Examinatoribus; de querelis verò et expostulationibus adversùs Magistrum Sepher = Conclusit cum pluribus.

Deinde admissi Examinatores ad Sacramentum.

Digressis Procancellariis, et factâ ab amplissimo Rectore Supplicandi licentiâ, Supplicarunt Joannes Barnier, clericus Lugdunæus, in Artibus Magister, ut in Literis Magisterii aliisque actis quibuscumque Academicis dicatur Lugdunæus, non, Lugdunensis, et, Joannes, non, Joannes-baptista; Joannes-baptista-Josephus Cuvillier, clericus Atrebas, ut ne sibi noceat, quòd nomen suæ diœceseos in uno é Catalogis omiserit; Ludovicus Cellot, clericus Parisinus, ut ne sibi noceat, quòd nomen suum non inseripserit in posteriore Physicorum Catalogo, morbo seclicet tunc temporis impeditus, quod testantur et M. Lemonnier, cujus lectiones excepit, et M. fontaine, quo medico usus est; Jacobus Monory, clericus Remus, ut biennium Philosophicum à se confectum in Collegio Bonorum puerorum Universitatis Remensis, videlicet à Lucalibus anni 1744 ad ferias Academicas anni 1746, ut constet ex litteris patentibus præfatæ universitatis, sibi hîc pro uno anno imputetur; F. Placidus Naylor, Anglo-benedictinus, ut ne sibi noceat, quòd in Catalogis philosophicis nomina, Joannes-Josephus, conjunxerit cum nomine, Placidus, quod sibi cœnobiticam vitam auspicanti impositum est, et quo solo designatus est in litteris clericalis tonsuræ; Arturius Maginn, diaconus Dromorensis in Hibernia, ut ne sibi noceat, quòd nomen suum gentilitium in aliquibus actis Academicis scripserit, Magin, non, Maginn, quodque se dixerit Armacanum, non, Dromorensem; Joannes-baptista-Edmundus-Baudelair, clericus Parisinus, ut ne sibi noceat, quòd nomen suæ diœceseos in uno é Catalogis omiserit; Petrus Lignac, clericus Sarlatensis, ut ne sibi noceat, quòd nomen, Franciscus, nomini suo, Petrus, junxerit in uno é Catalogis; Martinus-Guillelmus Laborie, clericus Parisinus, ut ne sibi noceat, quòd se Parisiensem dixerit; Nicolaus-Stephanus-de la herse, ut ne sibi noceat, quòd se inseripserit, Bellovacensem, non, Parisinum, cum sit Parisiis natus; Antonius Dufay, Rotomagensis, ut ne sibi noceat, quòd nomen, Robertus, nomini suo adjunxerit in aliquibus actis academicis.

Barnier.

Cuvillier

Cellot

Monory.

Naylor.

Maginn

Baudelair.

Lignac.

Laborie

De la herse

Dufay.

Audito M. Lefevre, Syndico, Nationes ab amplis-

=simo Rectore ad deliberandum dimissa, retulerunt, se omnibus
praefatis supplicibus indulgendum censere.
Et ita concluxit amplissimus Rector. S.
Cochet, Rector

31. Aug. Anno Dñi 1748, die trigesimâ-primâ mensis augusti habita fuit in antecessum comitia ordinaria Deputatorum Uni=
=versitatis apud amplissimum Rectorem in Mazarineo.

1° Supplicarunt pro Litteris Nominationis jure Magisterii artium ac quinquennii MM. Franciscus Gabriel, clericus Parisinus, monachus Antiquioris Observantiæ S. Benedicti, ac Gabriel Carolus Desista, presb. Parisinus. Dehis retulit M. Letreveu, Syndicus, ac dixit, se Vidisse tum eorum Literas Magisterii, tum Professorum, quos audierunt, testimonia, quibus constat quinquennium Academicum fuisse ab iis ritè confectum, cætera=
=que instrumenta ad hanc supplicationem requisita; in quibus omnibus nihil desiderari. Audito Syndico, Placuit, Suæ utrique Supplici postulata concedi.

2° Lecta et recognita sunt quæ fuerant in superioribus Comitiis acta et statuta.

3° Accessit Magister Hubert, è Societate Sorbonicâ Doctor Theologus, idem qui die 2ª Decembris ultimò prateriti Tribu=
=nali Academico denuntiaverat sibi moveri controversiam de Graduum Academicorum jure in Ecclesiam Collegiatam S.ti Petri Insularum. Exposuit, quid ab illo tempore fecerit, ac dixit causam suam ad regium Consistorium esse delatum, postulavit=
=que, ut ad eam Universitas accederet. Auditus est M. Letreveu, Syndicus, qui dixit, controversiam illam de Graduatorum in Ecclesiam S. Petri Insularum jure ab annis quinquaginta ac amplius in regio Consistorio pendere indecisam. Huic universi=
=tatem ab initio Subscripsisse; nec ambigendum, quin cum M. Hubert causam illam resumpserit, Universitas quoque primam suam Subscriptionem resumere debeat. Placuit, Subscribi causæ præfati Mgri Hubert.

4° Lectum est Instrumentum pactitium, quo Domus aca=
=demica Sanjacobæana locatio honesto civi D. Guillaumom prorogatur. Placuit, huic instrumento Subscribi.

5° Quòd admonuit M. Durand, Universitatis Quæstor, esse in præfatâ Domo aliquid, quod gravius laboret, atque adeò graviori reparatione egeat, quam postremis Comitiis di=
=xerat: quòdque dixit idem M. Durand, se Parisiis toto mense Septembri necessariò abfuturum; Placuit, quod reſ=
=ciendum videtur in dictâ domo prius inspici per Architectum nomine Loberaau, et de ejus Consilio rem fieri. Rogari

autem

autem Mgrum Morin, Normaniæ Exprocuratorem, ut, absente fidelissimo Quæstore, operi inviglet.

6.° Quòd dixit meritissimus Syndicus, inter scrinia M. Ludovici fontaine inventas esse plurimas Collegiorum Trecorensis et S. Michaëlis chartas, inordinatas et confusas, lectu plerasque difficiles, placuit, rogari præfatum Syndicum, ut eas chartas recuperet, et in ordinem redigat, adhibito, si necesse sit, viro aliquo Scripturæ perito.

7.° Placuit, rogari Mgrum Delorme, Theologicæ facultatis Syndicum, et Mgrum Morin Normanicæ Nationis Exprocuratorem, ut Rationes, ab hæredibus præfati Mgri fontaine reddendas, privatim inspiciant et disjungant.

8.° Placuit, Summam centum et quinquaginta libellarum Amplissimo Rectori in manus tradi, quam Apparitoribus suis aliisque qui hoc anno ipsi in negotiis Academicis privatim deservierunt, pro arbitrio suo dividat. Item Cursori academico triginta libellas.

Et ita super his octo capitibus, audito prius super singulis M. Letheveu, Syndico, conclusit amplissimus Rector. /. Rayé dans le premier article de la presente Conclution un mot nul. // Cochet, Rector

---

5. Octob. Anno Dni 1748, die quintâ Octobris, habita sunt Comitia ordinaria Deputatorum Universitatis apud amplissimum Rectorem in Mazarineo.

1.° Supplicarunt pro Literis Nominationis jure Magisterii Artium et quinquennii MM. Joannes-henricus Papin, presbyter Parisiensis (idem qui die 6.ª Julii Supplicaverat, nec fuerat ejus admissa supplicatio); Honoratus Ricaudy, presb. Sistaricensis; Ludovicus-Leonardus Chauvin, presb. Cameracensis; F. Antonius-Cajon, Matiscoñensis, presb. Strictæ Observantiæ Ord. Cluniacensis; Joachimus-Alexander de Ponnat, presb. Gratianopolitanus; Claudius-Alexander-Catharina de Montrichard, diæc. Aduensis; Franciscus Couderc, Acol. Rotomagensis; Joannes-baptista-Josephus Deschamps, Acol. Rotomagensis; Antonius Maltor, cleric. Sorojulienis. De his retulit M. Letheveu, Syndicus, ac 1.° dixit, Magistrum Papin, qui ab annis viginti et amplius triennium Theologicum confecit fuitque deinde ad Baccalaureatum in Sacrâ facultate promotus, Professorum suorum testimonia ab eo tempore neglexisse et eorum nonnulla amisisse, nec altera à dictis Professoribus, cum plerique mortui sint, numera potuisse. Pro iis autem Professorum testimoniis, quæ sibi nunc desint, alia Virorum

gravium, quibuscum studuerit, testimonia proferre, scilicet Magistrorum De Valcour, Doctoris Theologi; Albert, Licentiati Theologi et Canonici Ecclesiæ Carnotensis; Carsillier, Canonici S. Jacobi ab hospitio; Tremblay, Pastoris S. Dionysii vulgò de Dugny; Mignon, Dubois et Regnault, presbyterorum Parisinorum: quæ testimonia sibi, Syndico, videri testimoniorum, quæ desunt, vicem obtinere posse. 2° De aliis supplicibus dixit meritissimus idem Syndicus nihil in eorum Litteris et actis desiderari, nisi quòd nomina baptismalia Mgri Chauvin malè ordinata sunt in actis academicis. Audito Syndico, Placuit, Litteras Nominationis præfatis omnibus Supplicibus, etiam Magistro Papin, concedi; Magistro tamen Chauvin non ante expediri, quam nomina sua reformari curaverit.

2° Lecta et recognita sunt quæ fuerant in Comitiis superioribus acta et Statuta.

3° Quòd dictus est Carolus-franciscus Guerard, unus è Papetariis Universitatis, vitâ cessisse; quòdque M. Dominicus Morin, Normanicæ Nationis Procurator, actu in Tribunali Academico pro ejusdem Nationis Procuratore sedens, filium suum Antonium-Dominicum-Agatham Morin præsentavit, petiitque Papetarii Officium illi concedi, Placuit, præfatum Papetarii Officium, vacans per obitum Caroli-franciscii Guerard, prædicto Antonio-Dominico-Agathæ Morin conferri.

4° Quòd dixit M. Durand, Universitatis Quæstor, Virum nobilem D. Comitem Dorly, unum ex inquilinis Domûs Academicæ Suburbanæ, postulavisse, ut ædium suarum fenestræ quæ malè cohærent sunt quæque antiquioris formæ, reparentur, et ad hujus temporis usum reformentur, paratum videlicet medium impensarum partem in se suscipere, Placuit, accipi conditionem, dictasque fenestras reparari, ad normam scilicet earum, quæ paucos antè annos in ædibus Dñi Langlois factæ fuerunt.

5° De Collegio Rubantino, cujus res deteriùs in dies se habent, Placuit, ut dicti Collegii ultimæ vineæ quoquomodo occuratur, retineaturque in eo aliquid, unde Creditores saltem aliquam æris sui partem aliquando recuperent, postulari à Supremo Senatu, ut certam pecuniæ summam mutuò sumere liceat, quò labentes dicti Collegii ædes reparentur, dato iis, qui novam hanc pecuniam creditur sunt, ante quos libet alios Creditores privilegio.

Et ita super his quinque capitibus, audito M. de Neuve, Syndico, conclusit amplissimus Rector./.

Cochet, Rector

G. DE PARIS P.P. EXTR. I. SOL. 4. D. LAF.

Anno Dñi 1748, habita sunt Comitia generalia et centuriata in maturinensi ad Sacras Universitatis Supplicationes, die nimirum Septimâ Octobris. 7. Octob.

Primum in angulo consessum est, ubi nemo supplicuit pro Litteris nominationis.

Fidem Academiæ dedit Alexander Déglos, minor Normanicæ nationis Apparitor, ab eâ natione recens electus in locum Josephi Mahault, qui et ipse è minori Apparitore ejusdem nationis promotus est ad majoris locum, vacantem scilicet per obitum francisci Elier. Déglos, apparit.

Fidem quoque Academiæ dedit Antonius-Dominicus-Agatha Morin, electus ab universitate die 5.ª hujus mensis ad Officium Papetarii jurati, vacans per obitum Caroli-francisci Guerard, ultimi illius possessoris pacifici. Morin, Papetar.

Itum est deinde in Comitium, ubi amplissimus Rector postquam pro more peroravit, postulavit acta sua approbari. Omnes Ordines Academici rata et grata habuerunt quæcumque gessit amplissimus idem Rector, ipsique Literas commendatitias decreverunt, amplumque comitatum præbuerunt ritè procedenti ad ædem Deo Sacram sub invocatione S.ⁱ Josephi apud Carmelitas discalceatos.

In loco Stationis, Pontificem egit M. Garguy, Doctor Theologus. Sacram Concionem ad populum habuit Mgr Riviere, Doctor item Theologus; eucharisticam verò ad Pontificem M. Christianus le Roy, Rhetor in Cardinalitio./

Cochet, Rector

Anno dñi 1748, die decimâ Octobris habita sunt Comitia generalia et Rectoria præclaræ artium facultatis in Maturinensi. 10. Octob.

Factâ ab amplissimo Rectore supplicandi licentiâ, supplicârum Andreas Parisot, Lingonensis, ut ne sibi noceat ad adipiscendum Magisterii gradum, quòd lectiones philosophicas auribus tantùm exceperit, cum à pluribus annis dextrâ manu uti nullatenus valeat; Joannes-franciscus Dibusty, diac. Bayonæus, in artibus Magister, ut ne sibi noceat, quòd in actis Academicis dixit se Bayonensem, utque ille error emendetur in Litteris Magisterii aliisque actis quibuscumque Academicis; Antonius Puvis, clericus San-Claudiensis, ut ne sibi noceat, quòd in Catalonomini suo gentilitio adjecit cognomentum de Prulliac; franciscus Cahours, Acol. Constantiensis, ut biennium philosophicum in Collegio artium Universitatis Cadomensis à se confectum, nimirum a Dionysialibus anni 1745 ad ferias Academicas Parisot. Dibusty. Puvis. Cahours

De Lepine de Grainville.

Chauvir.

anni 1747, ut constat Litteris patentibus præfatæ Universitati, sibi hîc pro uno anno computatur; Ludovicus-Dionysius de Lepine de Grainville, clericus Parisinus, ut immunis fiat ab onere scribendi lectiones philosophicas ob myopiam, quam scripto testatur M. Bouvart, Doctor medicus Parisiensis; Leonardus-Ludovicus Chauvin, presb. Cameracensis, in artibus Magister, ut in Litteris magisterii aliisque actis quibuscumque Academicis scribatur Leonardus-Ludovicus, non, Ludovicus-Leonardus.

Audito dehinc Supplicibus M. Le Neveu, Syndico, amplissimus Rector postulavit ut rata haberentur quæcumque gessit sibique decernerentur Litteræ commendatitiæ et dimissi Nationes ad deliberandum de Supplicibus confirmandosque Quatuorviros.

Regressæ in Comitium Nationes retulerunt se rata et grata habere quæ gessit amplissimus Rector ipsique Litteras commendatitias decernere. Supplicibus omnibus indulgere. Confirmari à se quatuorviros, matutinis horis electos, nimirum in honorandâ Natione Mgrum Piat, Virum Rectorium; in fidelissimâ, Mgrum Prophete, Exprocuratorem; in Venerandâ, Mgrum Lecollant, Virum Procuratorium; in Constantissimâ, Mgrum Koly, Lic. Theologum.

Quatuorviri, præstito Sacramento, conclave subierunt, unde digressi, per Mgrum Piat retulerunt, electum a se fuisse et nominatum Rectorem Mgrum Paulum Hamelin, clarissimum Philosophiæ Professorem in Mazarinæo.

Quam electionem Nationes, ad deliberandum dimissæ, comprobaverunt et confirmârunt. Et ita concluxit amplissimus Rector.

Accessit præfatus Magister Hamelin, et præstito inter amplissimi Rectoris manus Sacramento, ab eo inauguratus est et missus in possessionem impositione pilei Rectorii, traditione Libri, Sigilli et Clavium, captoque ad latus dextrum ejusdem amplissimi Rectoris loco, oratiunculâ elegantî et modestâ gratias egit præclaræ artium facultati, ac deinde ad ædes suas Mazarinæas amplo comitatu deductus est. /.

Cochet, Rector

G. DE PARIS P.P. EXTR. I. SOL. 4. D. LAF.

Anno dni 1748, die undecimâ Octobris, horâ septimâ matutinâ, in Maturinensi, Amplissimus Rector D. Paulus Hamelin, informatus, seu instructus est more antiquo à clarissimo Exrectore, à Sapientissimis Theologiæ, Jurium et Medicinæ Decanis, et Ornatissimis Galliæ, Picardiæ, Normaniæ et Germaniæ Procuratoribus, qui omnes electionem ejus gratam habuerunt, eique opem, operam et consilium polliciti sunt. 11. Octob. Incipit Rectoratus D. Pauli Hamelin.

Et ita conclusit Amplissimus Rector. / Hamelin Rector.

Anno dni 1748, die vigesimâ-septimâ Octobris, habita sunt Comitia generalia præclaræ Artium facultatis in Maturinensi ad creandos Censores. 27. Octob.

Post habitam ab amplissimo Rectore Orationem, factâ supplicandi licentiâ, supplicavit franciscus Gouenvic, presbyter San-briocensis, ut ne sibi noceat quod nomen suum gentilitium scripsit Gouenvy, non, Gouenvic, errorque ille emendetur in quibuslibet actis academicis: item, ut nomen diœceseos suppleatur, sicubi deest. Gouenvic.

Audito M. Leneveu, syndico, dimissæ ab Amplissimo Rectore Nationes ad deliberandum de supplice creandosque Censores, retulerunt, se supplici annuere; creatos autem à se fuisse Censores, in honorandâ quidem Natione Magistrum Caffarel, humanitatis Professorem in Montacuto; in fidelissimâ, Mgrum Turquet, Philosophiæ Professorem in Lexovæo; in Venerandâ, Mgrum Brenet, virum Procuratorium; in Constantissimâ, Mgrum Duffy, virum item Procuratorium.

Et ita conclusit amplissimus Rector.

Continuò accessere novi Censores et Sacramentum dixere inter manus Amplissimi Rectoris; quo facto, soluta sunt Comitia. / Hamelin Rector

Anno dni 1748, die secundâ Novembris, habita sunt Comitia ordinaria Deputatorum Universitatis apud amplissimum Rectorem in Mazarinæo. Quibus in Comitiis primùm interfuit M. Felix-Emmanuel Michaux, novus Nationis Gallicanæ Procurator. Absente autem M. Leneveu, Syndico, Syndici partes egit M. Ludovicus-Nicolaus Durand, Universitatis Quæstor. 2. Novemb.

1°. Supplicavit pro literis Nominationis jure magisterii Artium et quinquennii M. Claudius-Josephus Noir, cleric. Bizuntinensis, nunc presbyter Ecclesiæ Lugdunensi adscriptus. De

eo retulit M. Durand, Prosyndicus, ac dixit nihil in Litteris præfati supplicis, neque in actis ab eo prolatis desiderari. Placuit, dicto supplici indulgeri.

2.° Quòd rogavit Amplissimus Rector, num placeat, Orationem gubliçam et solemnem Universitatis nomine haberi, cum jacem promulgari contigerit; Unanimi consensu Placuit, ejusmodi Orationem Universitatis nomine haberi, rogarique amplissimum Rectorem, ut ipse, quem visum ipsi fuerit, Oratorem assumat.

3.° Quòd dixit Amplissimus idem Rector, se admonitum fuisse, Academicæ Domûs in viâ Sanjacobææ Sitæ anteriorem partem, quæ ipsa domum efficiat non sperandam, esse in manifesto ruinæ periculo. Se protinùs ad eam inspiciendam cum Viris peritis provolasse, et comperisse de illâ vera sibi fuisse nunciata. Quin et sibi administratas fuisse plures illius restituendæ formas; De eâ re, Placuit, gratias agi amplissimo Rectori obsequm in eâ re diligentiam. Cum autem in ponendâ illâ domo necessi haberi rationem interioris et majoris domûs, quæ ipsi adjuncta est, quæque videtur non multos annos præ vetustate posse consistere, Placuit, mandari meritissimo Syndico, ut cum MM. Le Sellyer, Picardicæ Nationis Procuratore, Morin Expro-curatore Normanicæ, et Durand Universitatis Quæstore, unà cum aliquo Architecto rem propiùs inspiciant expendantque maturiùs, et ad proxima Comitia referant. Interim monendum Conductorem, ut sibi consulat.

4.° Lecta et recognita sunt, quæ fuerant superioribus Comitiis acta et statuta.

Et ita super his quatuor capitibus, audito prius super singulis M. Durand, Prosyndico, conclusit Amplissimus Rector. J. Samelin Rector.

7. Decemb. Anno dñi 1748, die Septimâ Decembris, habita sunt Comitia ordinaria Deputatorum Universitatis apud amplissimum Rectorem in mazarineo.

I.° Supplicarunt pro Litteris Nominationis jure Magisterii Artium et quinquennii MM. Josephus Leonard, presb. Tullensis; Jacobus Bouhou, presb. Carnotensis, et Franciscus Goüenvic, presb. San-briocensis. Datis retulit M. Letteveu, Syndicus, ac dixit, se vidisse tùm eorum Litteras Magisterii, tùm Professorum, quos audierunt, testimonia, quibus constat, quinquennium Academicum ab iis ritè fuisse adimpletum, cæteraque instrumenta ad hanc Supplicationem requisita; in quibus omnibus nihil desiderari. Au-

G. DE PARIS P.P. EXTR. I. SOL. D. LAF.

=dito M. Le Neveu, Syndico, Placuit, Sua præfatis Supplicibus postulata concedi.

2° Lecta et recognita sunt, quæ fuerant in Comitiis Superioribus acta et Statuta.

3° Quòd Universitas Duacensis, Scriptâ ad amplissimum Rectorem epistolâ, exposuit, sibi in animo esse à Rege postulare, ut inter Universitates Gallicanas referatur, eamque in rem Deputatum aliquem Parisios mittere: postulare ab Universitate Parisiensi, ut ne sibi in hoc negotio obsistat, imò ut sibi consilio et operâ præstò esse velit; De eâ re, Placuit, ab amplissimo Rectore Scripto responderi, Universitatem Parisiensem nullatenùs velle Universitatis Duacensis postulationi obsistere, quam ipsa ante annos plus quam quinquaginta suaserat. Si quid in hac re consilio aut officiis possit, Universitati Duacensi non defuturam.

4° Quòd dictum est, Redemptores Juris extincti mancipii uti velle suo jure in Collegium Burgundianum, ob certam ædium partem in ipso Collegio de novo refectam; cum tamen certum sit, interiora Collegiorum ædificia illi juri minimè esse obnoxia; Placuit, præfatum Collegium, si ob eam rem in causam appelletur, Universitatis saltem officiis adjuvari.

5° Dixit meritissimus Syndicus, inter Chartarum multitudinem, quæ post mortem M. Augustini-Claudii Besoigne, Quæstoris Academici, ad se delatæ sunt, repertos fuisse quinque fasciculos, olim à præfato M. Besoigne è Chartophylacio extractos, et ab ipso in Chartophylacii tabulâ singillatim designatos. Placuit, eos in Chartophylacium recondi, et præfatum Mgrum Besoigne, sive causam ejus habentes, in prædictâ Tabulâ liberari.

6° Quòd nomine viri clarissimi M. Caroli-Coffin, Collegii Dormano-Bellovici Gymnasiarchæ, antiqui Rectoris, oblatæ sunt quinquaginta libellæ annui et perpetui reditûs, ut præter ea, quæ jam instituta sunt, præmia, duo alia instituantur, iis attribuenda scilicet, qui in Secundo Ordine Latinum Sermonem in Gallicum verterint; Placuit, accipi conditionem iisdem cautionibus, quibus acceptum est legatum Dni Le Gendre. Mandari meritissimo Syndico et Universitatis Scribæ, ut viro clarissimo de re Literariâ tam benè merito, Amplissimi Rectoris et Tribunalis Academici nomine testificentur, quam grata sibi et accepta sit ejusmodi liberalitas.

7° Quòd dixit Amplissimus Rector, perillustrem fœminam Dnam Desgranges, quæ domum habet Academicæ Domui Sanjacobæanæ adjacentem, cum videret, non posse dirui anteriorem Academicæ Domûs partem, quin sua quoque domus, quæ ipsa vetusta est et cum Academicâ domo communi muro conjungitur,

simul corruerat, venisse ad se et domum suam vendendam proposuisse, sive praesenti pecuniâ, sive censu annuo: Pretium autem octodecim circiter millia libellarum posuisse. Se rem continuò cum meritissimo Syndico et aliis viris peritis communicasse. Quòdque meritissimus Syndicus Libellum memorialem legit, in quo, discussis ac diligenter perpensis commodis et incommodis, praefatam domum posse ab universitate, atque adeò debere, comparari ostendit, ne semel emissa occasio frustrà deinceps requiratur. De eâ re censuerunt omnes, conditionem accipiendam videri, si Academici Ordines ita sciscant. Itaque libellum Memorialem cum ipsâ Tribunalis Academici sententiâ quam primùm esse cum singulis Ordinibus communicandum.

8.° Quòd saepiùs dictum est, aedes Sanbarbaranas leviori pretio à Conductoribus jamdudum teneri, Placuit, pretium illud, quod est à multis annis quingentarum et mille libellarum, ad mille septingentas et quinquaginta libellas augeri, praeter id quod ex Tributo ad laternas accendendas viasque purgandas imposito pendi debet; et cum praefatis Conductoribus, si eas retinere velint, iis conditionibus per legitimum et authenticum instrumentum transigi.

9.° Placuit, Sacras Universitatis Supplicationes ad diem hujus mensis 13.am indici.

10.° Quòd dixit fidelissimus universitatis Quaestor, Duos Emptores, qui domos mercari parabant, quarum aliquae partes in Academico fundo sitae sunt, accessisse ad se postulantes aliquid sibi de Censualibus obventionibus remitti: se, quod universitas remittere solet, promisisse. Placuit, hanc remissionem probari et ratam haberi.

Et ita super his decem capitibus, audito priùs super singulis M. Le Neveu, syndico, conclusit amplissimus Rector./

Hamelin Rector

Eodem die, septimo Decembris, horâ ~~septimâ~~ decimâ matutinâ, amplissimus Rector et praeclara Artium facultas interfuerunt solemni sacro, quod fit de Spiritu Sancto apud fratres Praedicatores./

N. Piat Scriba

13. Decemb. Anno dni 1748, die decimâ-tertiâ Decembris, habita sunt Comitia Centuriata in Maturinensi, ad Sacras Universitatis Supplicationes.

Primùm in Angulo consessum est, ubi supplicârunt pro Litteris Nominationis jure Magisterii Artium et quinquennii MM. Stephanus Jacquin, diac. Catalaunensis; Josephus Petit, presb. ambianensis; Edmundus Corbie, diac. Meldensis; et Bernardus-Franciscus-Michael Baudry, subd. Rotomagaeus. De his

retulit M. Leteveu, syndicus, ac dixit, se vidisse tùm eorum Literas Magisterii, tùm Professorum, quos audiverunt, testimonia, quibus constat, quinquennium Academicum fuisse erb iis ritè confectum, cæteraque instrumenta eâdem Supplicationem requisita; in quibus omnibus nihil desiderari. Audito M. Leteveu, Syndico, Placuit, sua præfatis Supplicibus postulata concedi.

Deinde itum itum est in Comitium, ubi amplissimus Rector peroravit. Omnes Academici Ordines rata et grata habuerunt quæ gessit in suo trimestri magistratu ipsique Litteras commendatitias decreverunt, et amplum præbuere comitatum vitæ procedenti ad eadem Deo sacram sub invocatione B.æ Virginis in Harcuriano.

Pontificem egit M. Louvel, Doctor Theologus, Harcuriani Provisoris Adjutor. Orationem Sacram habuit ad Populum M. Bonnet, Doctor item Theologus; eucharisticam verò ad Pontificem M. Lebel, alter é Rhetoribus Mazarinæis. /. Lamelin Rector

Anno Dñi 1748, die decimâ-Sextâ Decembris, habita sum Comitia grâlia præclaræ Artium facultatis in Maturinensi. 16. Decemb.

Amplissimus Rector in Oratione suâ dixit de accessione unius gramii Scholastici, recens fundati a M. Carolo Coffin, Collegii Dormano-Bellovaci Primario, quem meritis laudibus exornavit.

Factâ Supplicandi licentiâ, accessit Franciscus Nau, Parisiensis, et exposuit, Quum anno 1741 ad consequendum Magisterii gradum se se accingeret, obtulisse pro more Litteras Professorum suorum testimoniales Scribæ Academico; easdem cum suis Codicibus exhibuisse æquissimo Nationis Gallicanæ Censori; etiam Amplissimo tùm-Rectori fidem Sacramento dedisse, et Solvisse jura Rectoria; Sed rebus domesticis impeditum, et planè coactum, non ultrà tunc temporis processisse. Contigisse posteà, ut dum Sedes ac domicilia pro fortunæ suæ tenuitate mutaret, Litteras suas philosophicas testimoniales cum ipsis Codicibus amiserit. Non posse autem alias a suis Professoribus recuperare, quod eorum alter é vivis excesserit, alter longè in Alsatiam recesserit. Enixè itaque orare et obsecrare, ut de exhibendis illis Litteris testimonialibus secum dispensetur et ad examina Candidatorum Artium admittatur. Item Supplicârunt Petrus-Stephanus Rivals, Parisinus, ut ne sibi noceat, quòd nomen Suum in uno é Catalogis Philosophicis inscribere non potuit, gravi scilicet morbo tùm impeditus, quod scripto testatur Nau. Rivals.

M. Renard, Doctor Medicus Parisiensis, et ipse Magister Lemonnier, cujus lectiones tunc temporis excipiebat; Cæsar-Antonius DeVille, clericus Lugdunæus, ut ne lectiones Metaphysicas denuò scribere teneatur, sibi videlicet furto ablatas, cum illas lectiones diligenter in scholâ scripserit, testante M. Turquet suo Professore; Joannes Perille, subdiac. Senonensis, ut ne sibi noceat, quòd nomini suo Joanni adjecit cognomentum baptista in Catalogis philosophicis aliis-ve actis academicis; Jacobus-franciscus Brard, Ebroïcensis, ut ne sibi noceat, quòd nomen suum in posteriore Logicorum Catalogo scribere non potuit, cum fuerit tunc temporis coactus per decem circiter dies a scholâ abesse, quod testatur M. Lemonnier cujus lectiones excepit; Patricius Duffey, presb. Tuamensis in hiberniâ, ut immunis fiat à describendis lectionibus ob affectam à multo tempore valetudinem, quòd scripto testatur M. Bellot, Doctor Medicus Parisiensis; Joannes Duchemin, subdiac. Æduus, ut immunis pariter fiat à scribendis tùm Physicæ, quam nunc excipit, tùm etiam aliquarum partium, quas posteriore semestri anni præteriti excepit, lectionibus, ob insignem pectoris infirmitatem, quam scripto testatur Mgr Munier, Doctor Medicus Parisiensis; Jacobus-Philippus-Josephus Cabart, Acol. Aurelius, ut immunis fiat ab onere scribendi ob insignem oculorum debilitatem, quam scripto testatur idem M. Munier; Petrus Stafford, clericus Delfiniensis in hiberniâ, ut immunis pariter fiat ab onere scribendi ob gravem pectoris infirmitatem, testante M. La Sourdiere, Doctore medico Parisiensi.

DeVille

Perille.

Brard.

Duffey.

Duchemin

Cabart.

Stafford.

Audito M. Leneveu, Syndico, Amplissimus Rector dimisit Nationes ad deliberandum tùm de supplicibus, tùm de confirmandis Quatuorviris, petiitque ut rata et grata haberentur, quæ gessisse in suo trimestri Magistratu.

Dimissæ Nationes ac deinde regressæ retulerunt 1.° Se rata et grata habere quæ gessit amplissimus Rector in suo trimestri Magistratu, nominatim autem quæ pertinent ad coemptionem domûs, quæ adjacet Domui Academicæ Sanjacobæanæ; ob ea omnia gratias ei habere et litteras decernere commendatitias. 2.° Gratias quoque habere M. Carolo Coffin, Collegii Dormano-Bellovaci Primario, de Academiâ præclarè merito, ob recentem ipsius in Rei Litterariæ progressus liberalitatem. 3.° Cum francisco Nau, uno ex supplicibus, de exhibendis codicibus philosophicis dispensare; velle, ut hæc Conclusio ei litterarum testimonialium amissarum loco sit, et ad Candidatorum examina admittatur. Cæteris supplicibus pariter indulgere. 4.° Confirmare Quatuorviros, scilicet in honorandâ Natione Mgrum Moreau, Philosophiæ Professorem in Montacuto; in fidelissimâ, Mgrum Turquet, Phiæ Professorem in Lexovæo; in Venerandâ, Mgrum Hecquart, Licentiatum Theologum;

in Constantissimâ, Mgrum Nagot, humanitatis Pro=
=fessorem Emeritum in Marchiano.

Quatuorvivi, præstito priùs Sacramento, Conclave subierunt; unde digressi per Mgrum Moreau retulerunt, se facere Rectorios prorogasse amplissimo Viro D. Paulo Hamelin, Rectori.

Quæ prorogatio probata et confirmata fuit ab omnibus Nationibus.

Et ita super omnibus conclusit amplissimus Rector.

Hamelin Rector

Tabula

Officiariorum, sive majorum, sive minorum, Consiliariorum, Beneficiatorum, Clientium Universitatis Juratorum, per decursum anni 1748 receptorum.

Officiarii Majores.

Nullus.

Consiliarii

Nullus.

Benficiati

M. franciscus Brenet, presb. Capellanus unius è Capellaniis Savoesianis, in locum M. Bertrandi Robine, Sacramentum præstitit die 12. mart. — Brenet.

Apparitores

Petrus Furgaut, minor Apparitor Medicorum facultatis, in locum Joannis Paulé, Sacramentum præstitit 15. mart. — Furgaut.

Alexander Deglos, minor Normanicæ Nationis Apparitor, in locum Josephi Mahau, ad officium majoris apparitoris pro=
=moti, vacam per obitum franciscei Elier, Sacramentum præstitit 7. Octob. — Deglos.

Librarii

Andreas-franciscus Knapen, 15. mart.
Guillelmus Cavelier
Jacobus-Carolus Chardon } 19. Jun.
Antonius-Claudius Saugrain

Knapen
Cavelier
Chardon
Saugrain

Pergamenarii

Denis — Carolus-Joannes-baptista Denis, in locum Joannis Paulé, sacramentum dixit, 15. mart.

foligner — Petrus-Joannes foligner, in locum Tussani Paulé, dixit sacramentum 23. april.

Bajetarii

Morin — Antonius-Dominicus-Agatha Morin, in locum Caroli-francisci Guerard, sacramentum dixit 7. octob.

Religatores

Boutault — Philippus-Martialis Boutault, in locum Caroli-francisci Chevaux, dixit sacramentum 19. Jun.

Magni Nuncii

In Natione Gallicanâ

S.t Brieuc. Destors. — Die vigesimâ-quintâ Januarii, Petrus Fromentin, Procurator, et Natio Gallicana contulerunt Joanni-baptistæ Destors, civi Parisiensi, munus et officium Nuncii Jurati pro diœcesi et Episcopatu Sanbriocensi, vacans per obitum Jacobi henry, civis quoque Parisiensis.

Langres. Charlier. — Die sextâ Aprilis, idem Procurator eademque Natio contulerunt Jacobo Charlier, civi Parisiensi, munus et officium Nuncii-jurati pro diœcesi et Episcopatu Lingonensi, vacans per liberam abdicationem Claudii-felicis Hedouin, civis quoque Parisiensis.

Parme. Charlier. — Eâdem die, idem Procurator eademque Natio contulerunt Joanni-Marcellino Charlier, civi Parisiensi, munus et officium Nuncii Jurati pro diœcesi et Episcopatu Parmensi, vacans per obitum Antonii L'heritier, civis quoque Parisiensis.

Montauban. Gosset. — Die decimâ-septimâ Maji, idem Procurator eademque Natio contulerunt Michaeli Gosset, civi Parisiensi, munus et officium Nuncii jurati pro diœcesi et Episcopatu Montalbanensi, vacans per obitum Ludovici-Cæsaris famin, civis quoque Parisiensis.

Le Mans. Boulanger. — Die vigesimâ-octavâ Junii, idem Procurator eademque Natio contulerunt Joanni Boulanger, civi Parisiensi, munus et officium Nuncii jurati pro diœcesi et Episcopatu Cenomanensi, vacans per obitum Michaelis Judde, civis quoque Parisiensis.

Valence, en dauphiné. Vincent de Gournay. — Die vigesimâ-tertiâ Julii, idem Procurator eademque Natio contulerunt Jacobo-Claudio-Mariæ Vincent de Gournay, civi Parisiensi, munus et officium Nuncii jurati pro diœc. et Episcopatu Valentinensi, vacans per liberam abdicationem henrici Roudier, civis quoque Parisiensis.

Die decimâ-quartâ Augusti, idem Procurator eademque Natio contulerunt Adamo-Juliano Bezodis, Civi Parisiensi, munus et officium Nuncii jurati pro diœcesi et Episcopatu Cabellicensi, vacans per obitum Stephani Marie, civis quoque Parisiensis. — Cavaillon. Bezodis.

Die sextâ Novembris, felix-Emmanuel Michaux, Procurator, eademque Natio Gallicana contulerunt Josepho Perez, Civi Parisiensi, munus et officium Nuncii jurati pro diœcesi et Episcopatu Bergomensi, vacans per obitum Nicolai Maillart, Civis quoque Parisiensis. — Bergame en Italie. Perez.

Die quintâ Decembris, idem Procurator eademque Natio contulerunt henrico-Sulpitio de Troyes de Gautray, civi Parisiensi, munus et officium Nuncii jurati pro diœcesi et Archiepiscopatu Neapolitano, vacans per obitum Nicolai moulin, civis quoque Parisiensis. — Naples. De Troyes de Gautray.

Die decimâ Decembris, idem Procurator eademque Natio contulerunt Joanni-Carolo Queau, Civi Parisiensi, munus et Officium Nuncii jurati pro diœcesi et Episcopatu Genevensi, vacans per liberam abdicationem Jacobi-Danielis Guaultteville, Civis quoque Parisiensis. — Geneve. Queau.

In Picardicâ

Die vigesimâ-nonâ Martii, Carolus-franciscus Prophete, Procurator, et Natio Picardica contulerunt Jacobo Yiger, Civi Parisiensi, munus et officium Nuncii jurati pro diœcesi et Episcopatu Middelburgensi, vacans per obitum Alexandri de St. Quentin de Bles, civis quoque Parisiensis. — Middelbourg. Yiger.

Die octavâ Octobris, Petrus LeSellyer, Procurator, eademq. Picardica Natio contulerunt Jacobo-Paulo Merey, Civi Parisiensi, munus et officium Nuncii jurati pro diœcesi et Episcopatu Trajectensi ad Mosam, vacans per liberam abdicationem Joannis Linondelle, civis quoque Parisiensis. — Maestraecht. Merey.

In Normanicâ

Nullus.

In Germanicâ

Die quartâ mensis Martii, Petrus Sigorgne, Procurator, et Natio Germanica contulerunt Carolo Voisin, Civi Parisiensi, munus et officium nuncii jurati pro diœcesi et Episcopatu Smolescientis in Lithuaniâ, vacans per obitum Stephani Darlu, Civis quoque Parisiensis. — Smolensko en Lituanie. Voisin.

Die vigesimâ-nonâ Aprilis, Jacobus Kiran, Procurator,

Munster.
Ruel.

eademque Germanica Natio contulerunt Petro Ruel, civi Parisiensi, munus et officium Nuntii jurati pro diœcesi et Episcopatu Monasteriensi, vacans per liberam abdicationem Nicolai Malvilain, civis quoque Parisiensis.

Finis anni 1748.



1749. Januar. 26.

Acta,

Commentarii, Conclusiones Universitatis Parisiensis per decursum anni millesimi Septingentesimi — quadragesimi-noni.

Anno Dñi millesimo Septingentesimo quadragesimo-nono, die quartâ mensis Januarii, habita sunt Comitia ordinaria Deputatorum Universitatis apud amplissimum Rectorem in Mazarinæo. Rector erat, D. Paulus Hamelin. Decani, M. franciscus Delorme, Theologiæ; M. Vincentius Maillot, Juriùm; M. Joannes-baptista-Thomas Martineng, Medicinæ. Procuratores, M. felix-Emmanuel Michaux, Galliæ; M. Petrus Le Sellyer, Picardiæ; M. franciscus Letnereier, Normaniæ; M. Jacobus Kiran, Germaniæ. Officiarii majores, M. Jacobus Gallette Le Neveu, Syndicus; M. Nicolaus Piat, Scriba; M. Nicolaus-Ludovicus Durand, Quæstor. 4. Januar.

1° Supplicavit pro Litteris Nominationis jure magisterii artium et quinquennii M. Joannes-Benedictus Pascal, diaconus Parisinus. De eo retulit M. Leneveu, Syndicus, ac dixit, se Vidisse tum ejus Litteras Magisterii, tum Professorum, quos audivit, testimonia, quibus constat, quinquennium Academicum fuisse abeo ritè peractum, cæteraque instrumenta ad hanc Supplicationem requisita; in quibus omnibus nihil desiderari. Audito Syndico, Placuit, postulationi præfati Supplicis annuì.

2° Lecta et recognita sunt quæ fuerant in superioribus Comitiis acta et statuta.

3° Joannes-Petrus Simon, Acol. Parisinus et in artibus Magistr, Supplicavit pro licentiâ aperiendi hac in urbe pædagogii sub clientelâ Universitatis. Placuit, Ornatissimos Galliæ et Picardiæ Procuratores et meritissimum Syndicum rogari, ut cum Pædagogorum Academicorum Procuratore, seu agente, videant, an præsens Pædagogiorum Status postulet, aut etiam gratiatur, novos admitti pædagogos. Si rem ita sè habere judicaverint, tum de præfato Supplice ad proxima Comitia referant.

4° Lectum et probatum est instrumentum Pactionis initæ cum S. M. N. Ludovico-Augusto Machet, Doctore et Socio Sorbonico, tanquam San-barbaranam Societatem, seu Communitatem, repræsentante; quo quidem instrumento Sanbarbaranæ Ædes præfatæ Societati in sex annos elocantur pretio mille et septingentarum quinquaginta Libellarum in annos singulos, cum triginta et unâ libellis annuatim pendendis ob redemptum Vectigal ad vias purgandas laternasque collustrandas antehac impositum. Placuit, illi instrumento subscribi.

5° Accessêre Selecti è Picardiâ Natione Proceres, scilicet

MM. LeBel, Turquet et Vallé, Professores, qui, exposito Nationis suæ rerum statu, sanè miserabili, præfatæ Nationi nomine supplicitèr postulârunt, Ut eis omne, quod illa ab Universitate á duodecim circiter annis ad fœnus annuum legitimum sumpsit, remissis usuris omnibus, tam præteritis quam futuris, ad nudum caput, sive ad nudam sortem redigatur, liceatque sibi sortem illam dissolvere per partes, reddendo scilicet bis mille libellas singuli annis, donec totius creditæ pecuniæ confecta solutio fuerit. Re in deliberationem missâ, visum est, Picardicam Nationem vix aliter ex ære alieno, quo obruitur, emergere posse, vix aliter ipsam Universitatem ab eâ quidquam recuperare posse. Itaque Placuit, rem ad Ordines Academicos deferri, ut supplicationem Picardicæ Nationi, si videatur, ratam habeant, oblatamque ab eâ conditionem accipiant.

6.° De domo Dñæ Desgranges, Omnes tùm Decani, tùm Procuratores, retulerunt, Ordines suos censere, eam domum, quando venalis sit, esse ab Universitate conditionibus propositis comparandam (vid. ad 7. Dec. cap. 7.) faciendaque omnia, quæcunque rei peragendæ utilia, aut necessaria videbuntur, sumpta, quantum opus erit, ex ære alieno pecuniâ.

7.° Placuit, recognosci et subsignari Tabulas Virorum Academicorum, qui partem suam Tributi regii viritim impositi apud Urbis Basilicam gendere tenentur.

8.° Appellati sunt Carolus-Guido Du Tilloy, presbyter, Licentiatus Theologus, Domûs Choletææ bursarius Theologus et ejusdem Domûs Prior antiquus, petitor ex unâ parte; Et ex alterâ Dionysius Lefebvre, Baccalaureus Theologus, Domûs supradictæ itidem bursarius Theologus, in jus á prædicto Du Tilloy vocatus per actum juridicum, cujus ad calcem mandatum Rectorium extat his verbis, Communicetur cum meritissimo syndico. Signatum, Hamelin, Rector. Deinde, Nil moror pro re Academicâ. Signatum, Lefèvre, Syndicus. Deinde, Veniant ad proxima Comitia Tribunalis Academici, quæ habebuntur die proximâ Sabbati 4.ª Januarii anno 1749. Signatum, Hamelin, Rector. Ritè denuntiatum præfato Dionysio Lefebvre per Josephum Mahault, primum Normanicæ Nationis Appariatorem die 30 Decemb. 1748, et in publicas adversarium Nationum Tabulas relatum die 31. ejusdem mensis Decembris.

Causa hæc erat. Socii Choletæi congregati sunt extrà ordinem die 10. Decembris, ad eligendum Collegii Choletæi Procuratorem. Officium illud duo petierunt, nimirùm præfati Du Tilloy, Licentiatus Theologus, et Lefebvre, Baccalaureus. Numero suffragiorum victi præfatus Lefebvre, et renuntiatus est Procurator. Contrà hanc electionem, tamquam illegitimam, statim contestatus est præfatus Du Tilloy, et intercessit.

Comparuit ergo ille Du Tilloy apud academicum Tribunal, et, expositâ suâ causâ, conclusit postulando, ut pro nullâ habeatur electio præfati Lefebvre, cum sit contraria sena-

=tus consulto, die 19 Januar. 1706 facto, quo cavatur, ne-
quis ad Procuratorium Officium eligi possit, nisi qui aut Licen=
=tiatus sit in Theologiâ, aut actus Licentiæ peregerit. Sibi autem,
qui solus ex Contendentibus eligibilis fuerat, munus Procuratorium
adjudicetur.

Dionysius Lefebvre, quamquam ter altâ voce pro more
appellatus, non comparuit, neque quisquam ejus nomine.

Itaque præfatus Du Tilloy petiit, dari sibi actum deserti
a prædicto Lefebvre vadimonii, et in emolumentum suas sibi con=
=clusiones adjudicari.

Audito M. Letheveu, Syndico, Placuit, dari præfato Du=
=Tilloy actum deserti a præfato Lefebvre vadimonii, et in emo=
=lumentum suas ipsi adjudicari Conclusiones.

Et sic ab amplissimo Rectore, tam super hoc capite quam
super septem aliis, audito prius super singulis M. Letheveu, Syn=
=dico, fuit conclusum. J. Bameau Rector

18. Januar.

Anno dñi 1749, die decimâ-octavâ Januarii, habita
fuit extra ordinem Comitia Deputatorum Universitatis apud
amplissimum Rectorem in Mazarineo.

Comparuerunt Carolus-Guido Du Tilloy, presbyter,
Licentiatus Theologus, Collegii Choletæi Bursarius Theologus,
actor, ex unâ parte; Ex alterâ verò Dionysius Lefebvre,
Baccalaureus Theologus, ejusdem Collegii Bursarius Theologus,
iterum in jus vocatus a præfato Du Tilloy, in actioni, adversùs
ipsum in Tribunali Academico die 4ª hujus mensis instituta, res=
=pondêret.

Primùm omnium, præfatus Lefebvre Summam suam
in Academicum Tribunal venerationem professus dixit, se non
comparuisse in postremis Comitiis, non quod Universitatis Juris=
=dictionem non agnosceret, sed quod tunc temporis dubitaret,
et etiamnum dubitet, utrum hæc controversia, cum de Supremi
Senatûs Decreto agatur, fori sit Academici: de hac dubitatione
ipsummet Academicum Tribunal sumere judicem; illius se
judicio staturum.

Re in deliberationem missâ, Dictum est, hîc agi, non
de interpretando, sed de exequendo, Supremi Senatûs Decreto, quod
totum ad rem Scholasticam pertineat, atque adeo Placuit, eam
Causam retineri.

Deinde præfatus Du Tilloy causam egit suam, dixitque,
Supremum Senatum die 19 Januar. 1706 decreto sanxisse, ne
quis in Collegio Choletæo Procurator eligeretur, nisi qui aut Li=
=centiatus esset in Theologiâ, aut omnes actus Licentiæ prævios pere=
=gisset. Negrum Lefebvre esse tantùm Baccalaureum. Ergo non
potuisse eligi. Se autem Licentiatum esse; quamque munus Pro=

=Curatorium pro more petierit et etiam aliquorum ex Electoribus Suf=
=fragia tulerit, quum electioni prædicti Lefebvre intercesserit, nec
nulla etiam super illâ fuerit a Collegii Priore, tunc præsidente, emissa
Conclusio, postulare, ut, nullâ habitâ ratione qualiscumque electionis
præfati Lefebvre, ipse pro electo haberetur; ac proinde in Procura=
=torii muneris possessionem exercitiumque induceretur.

Dixit Magister Lefebvre, Collegii Choletæi esse, non suum,
causas reddere ac proferre, cur ipse electus, cur magister Du Tilloy
præteritus ac neglectus fuerit; ac proinde præfato Collegio cautam
dicendam esse, non sibi, nec aliud se in præsentiâ habere, quod re=
=spondeat.

Auditis Partibus, audito M. Letellier, Syndico, Placuit,
hujus Controversiæ judicium ad proxima Comitia, quæ die sabbati
octavâ mensis februarii habebuntur, differri. Curandum interim
Mgro Lefebvre, ut causam suam quibuscumque momentis et
quâcumque ratione visum ipsi fuerit, illis in Comitiis tueatur.

Et ita concluserit amplissimus Rector.

Rector

20 Januar. Anno Dñi 1749, die vigesimâ Januarii, habita fuit Comitia
Deputatorum Præclaræ Artium facultatis in Maturinensi, con=
=vocante ac præsidente amplissimo Rectore, ad dijudicandam
scilicet Controversiam in honorandâ Natione exortam de munere
Examinatoris, inter Magistros Georget et Fourneau, Philosophiæ
Professores, illum in Cardinalitio, hunc in Grassinæo.

Controversia hæc erat. Ambo die 8ª Januarii fuyli=
=cuerant gro munere Examinatoris in suâ Tribu Turonensi.
Tribulium suorum suffragia tulerat Mgr Georget. Expostula=
=vit Mgr fourneau apud honorandam Nationem; ac dicta Na=
=tio, auditis Partibus, secundum Mgrum fourneau judicaverat.
De hoc Nationis Gallicanæ judicio provocaverat Mgr Georget
ad Tribunal Rectorium.

Utergue comparuit. Dicebat Mgr Georget, cum exa=
=minandi munus in Tribu Turonensi ad ordinem Professorum
hoc anno devenisset, se præferri debuisse, quoniam esset anti=
=quior Regens quam Mgr fourneau, juxtâ Conclusionem hono=
=randæ Nationis anni 1708 à Supremo Senatu confirmatam
anno 1711.

Contrà Mgr fourneau dicebat, se fuisse præferendum
Mgro Georget, licet antiquiori Regenti, quia præfatus Mgr Geor=
=get prius quam ex ordine Baccalaureorum in Regentium ordi=
=nem transisset, jam eo munere defunctus esset: se autem, nequa
dum esset in ordine Baccalaureorum, neque postquam inter Pro=
=fessores cooptatus fuerit, nusquam illud munus obtinuisse. Id æ=
=quitati, id Nationis institutis esse consentaneum, ut nemo bis
idem munus gerat, si sit aliquis, qui illud ne semel quidem

gesserit. Neque Conclusionem anni 1708 — quidquam habere, quod sit suæ postulationi contrarium.

Quæstio igitur fuit, Utrum apud honorandam Nationem annua munera, in Ordine Baccalaureorum obtenta et gesta, debeant iis imputari, qui ex ordine Baccalaureorum in Professorum Ordinem transeunt.

Dixit Mgr Le Neveu, Syndicus, hanc quæstionem fuisse deciam Conclusione honorandæ Nationis, de quâ provocavit Mgr Georget. Existimare se, locum non esse inferendæ huic Conclusioni, cum neque in fundo, quod aiunt, neque in formâ ullatenus cum ejusdem Nationis Statutis quadrare videatur. Itaque Conclusit, confirmandam esse Conclusionem honorandæ Nationis die 8ª Januarii factam, et consequenter Mgrum Fourneau inter Examinatores retinendum.

Audito meritissimo Syndico, auditis pariter antiquioribus Nationum Magistris, Re ab amplissimo Rectore apud Ornatissimos Quatuor Procuratores missâ, bipartitis inter dictos Procuratores suffragiis, Amplissimus Rector secundum Mgrum Georget pronunciavit.

Damelin Rector

Die vigesimâ-octavâ Januarii, Amplissimus Rector et præclara Artium facultas interfuerunt Solemni Sacro, quod ad memoriam D. Caroli-magni in ædæ Navarricâ celebrari solet ex institutione Cæsaris Egasse Duboulay. Orationem panegyricam habuit M. Carolus-franciscus Prophete, ex natione Picardicâ. 28. Januar.

Die trigesimâ ejusdem mensis, Majores Officiarii cereos pro more minoribus Magistratibus, Universitatis nomine, detulerunt. 30. Januar.

Die trigesimâ-primâ ejusdem mensis, Amplissimus Rector, Decani, Procuratores, Adjuncti, Officiarii majores, cum omnibus Apparitoribus, cereos detulerunt Serenissimo Principi Aurelianensium Duci, Illustrissimo Archiepiscopo Parisiensi et primariis Magistratibus. 31. Januar.

Priusquam autem ex ædibus Rectoriis discederetur, habitum fuit Comitia Deputatorum Universitatis.

Quòd dixit M. Leteveu, Syndicus, opus esse ære alieno pro impensis impendendis tùm ad coëmptionem novæ domûs Academicæ, tùm ad novorum ædificiorum constructionem. Offerri Universitati a Viro quodam Academico Summam decies-mille libellarum legitimo et usitato fœnori. Se existimare Summam illam jam nunc esse sumendam, quæ in præsentiâ sufficiat ad persolvanda jura censualia, pretium Indemnitatis, Centesimam, et alia hujusmodi Jura, quibus tenentur Emptores

qui jugis mancipii sunt; De ea re, Placuit, oblatam summam in præsentiâ sumi, impendendam scilicet in præfatorum Jurium solutionem.

Et ita conclusit amplissimus Rector./

Hamelin Rector

1. febr. Anno dñi 1749 die primâ februarii, amplissimus Rector, Decani, Procuratores, Adjuncti, Officiarii majores, cum omnibus apparitoribus, contulerunt se Versalias, Regi cæreos, Reginæ, Serenissimo Delphino, Serenissimæque Delphinæ, atque etiam Illustrissimo franciæ Cancellario, oblaturi. Apud singulos, exceptâ Serenissimâ Delphinâ quæ lecto propter valetudinem detinebatur, amplissimus Rector orationes habuit, Rectore, hoc est, Rei Litterariæ Principe, non indignas.

Die tertiâ ejusdem mensis, amplissimus Rector et Præclara artium facultas interfuerunt solemni sacro, quod fit pro Magistris Academicis, vitâ defunctis, apud fratres Prædicatores./

J. Piat scriba

8. febr. Anno dñi 1749, die octavâ februarii, habita sunt Comitia ordinaria Deputatorum Universitatis apud amplissimum Rectorem in Mazarinæo.

1°. Supplicârunt pro Litteris Nominationis jure Magisterii Artium et quinquennii MM. Matthæus-franciscus Caquia de Monbourg, presb. Cenomanensis; Jacobus-Tussanus Blaizot, cleric. Parisinus; Petrus Manet, diac. Parisinus; Michaël Lavergne, presb. Parisinus; Joannes Bocquet, acol. Laudunensis. De his retulit M. Leneveu, syndicus, ac dixit, se vidisse tum eorum Litteras Magisterii, tum Professorum, quos audierunt, testimonia, quibus constat, quinquennium Academicum fuisse ab iis rité confectum, cæteraque instrumenta ad hanc supplicationem requisita; in quibus omnibus nihil desiderari. Audito syndico, Placuit, sua præfatis supplicibus postulata concedi.

2°. Supplicavit pro licentiâ aperiendi hac in urbe pædagogii sub clientelâ Universitatis Jacobus Dubois, in artibus Magister. Placuit, delegari Ornatissimos Galliæ et Picardiæ Procuratores, qui in præfatum Dubois inquirant ac de eo referant in proximis Comitiis.

3°. Lecta et recognita sunt quæ fuerant in Comitiis superioribus acta et statuta.

4°. Placuit, subscribi contractui, quo summa decies mille libellarum sumitur à S. M. N. Dño Bonnedame, Doctore Theologo Parisiensi, adhibenda scilicet ad eorum Jurium solu-

G. DE PARIS P. P. EXTR. I. SOL. 4. D. LAF. S.

=tionem, quæ Conclusione diei 31. Januarii proximè elapsi, con=
=tinentur.

5.° Resumpta est Causa inter Carolum-Guidonem Dutilloy et Dionysium Lefebvre, de munere Procuratorio Collegii Cholætæi; quæ causa die 4. mensis Januarii proximè præteriti inchoata fuerat; die verò ejusdem mensis 18.° iterum agitata et præsentibus atque audientibus Partibus ad hanc Comitia remissa fuerat ad judicandum.

Comparuit præfatus Dutilloy, actor, et repetitâ Summatim suâ causâ, Conclusit postulando, ut, habitâ ratione intercessionis à se die 10.ª Decembris adversùs electionem præfati Lefebvre ad munus procuratorium dicti Collegii Cholætæi institutæ, illa electio illegitima declaretur, atque adeò inhibeatur præfato Lefebvre, ne se ullatenùs in rerum dicti Collegii procuratione immisceat; Sibi verò, cum Solus eligibilis fuerit, præfatum munus Procuratorium adjudicetur, et consequenter in dicti muneris possessionem exercitumque inducatur.

Præfatus Lefebvre, ter pro more appellatus, non comparuit, neque quisquam ejus nomine.

Visâ Sententiâ Magistrorum Pirot et Bourchot, à Supremo Senatu de re ac disciplinâ Collegii Cholætæi consultorum et delegatorum, quæ sic habet, "Nous estimons . . . "qu'il seroit expedient, que par autorité de la Cour le choix du "Prieur et du Procureur fust restreint a ceux qui ont obtenu "leurs Licences en la faculté de Theologie, ou du moins qui "ont fait tous les actes necessaires pour y parvenir. Viso Supremi Senatûs Decreto, die 19 Januar. 1706, præfatam Sententiam comprobante et confirmante his Verbis, "La Cour a omologué "et omologue ledit avis pour estre executé selon sa forme et "teneur. Et en consequence Ordonne . . . Que lorsqu'il escherra "a l'avenir de faire l'election d'un Prieur, ou d'un Procureur "dudit College, il sera elu et choisi par préférence dans chacune "charge, du Prieur ou du Procureur séparément, un d'entre les "bourriers Theologiens, qui aura obtenu ses Licences en la fa=
"=culté de Theologie, ou du moins fait tous les actes necessaires pour "y parvenir. Audito M. Lenevau, syndico, re ad deliberandum proposità et maturè expensâ, rogatis dictis quæ Sententiis, Dictum est, Electionem Dionysii Lefebvre die 10.ª Decembris, proximè elapsi, factam, esse contrariam Senatusconsulto die 19 Januar. 1706 lato, atque adeò pro nullâ esse habendam. Placuit, habitâ rationem postulationis Caroli-Guidonis Dutilloy, et consequenter adjudicari ipsi munus procuratorium Collegii Cholætæi, eumque in dicti muneris possessionem exer=

=citiumque induci; vetari autem præfatum Lefebvre, ne se ulla=
=tenus in rerum dicti Collegii procuratione immisceat.

6.° Quód admonuit M. Durand, Quæstor, aliquot caminos in Universitatis domibus fuisse nuper ventorum vi dejectos, — Placuit, eos reparari.

7.° Placuit, erogari summam sex et triginta libellarum Antonio Marchand, Picardicæ Nationis Apparitori, ex gravi mor=bo et paupertate laboranti.

Et ita super his septem capitibus, audito prius super singulis M. Letreveu, Syndico, conclusit amplissimus Rector./.

Hauvelin Rector

22. februar. Die vigesimâ-secundâ ejusdem mensis februarii, am=plissimus Rector, Decani, Procuratores, Majores Officiarii, cum Apparitoribus, contulerunt se Versalias, ubi amplissimus Rec=tor de pace nuper compositâ et promulgatâ Regi, Universi=tatis nomine, gratulatus est. Per valetudinem mihi non li=meo munere hac in occasione defungi. Vices meas implevit, ut sæpé aliàs, M. Henricus-Renatus Collet./. J. Piat Scriba

27. febr. Anno dñi 1749, die vigesimâ-septimâ februarii, horâ post meridiem quartâ cum mediâ, Amplissimus Rector contulit se cum solito suo Rectorio Comitatu in exteriores Sorbonæ Scholas, auditurus Virum clarissimum M. Carolum Lebeau, de pace nuper promulgatâ, Universitatis nomine et jussu, pu=blicé perorantem.

Postquam dicendi finis ab Oratore factus est, Amplis=simus idem Rector statim ab ipso digressu habuit in inte=rioribus Sorbonæ Ædibus Comitia Deputatorum ordinario=rum Universitatis, scilicet Sapientissimorum Theologiæ, Ju=rium et Medicinæ Decanorum, Ornatissimorumque Galliæ, Picardiæ, Normaniæ et Germaniæ Procuratorum, ac dixit, Orationem præfati Mgri Lebeau, antequam pronuntiaretur, á se et a nonnullis Viris Academicis, usu et doctrinâ spec=tatis, visam fuisse et probatam. Ipsos modò testes fuisse, quantâ comprobationis significatione á splendidissimo audientium consessu excepta fuerit. Rogare se, an placeat, eam typis mandari. Audito M. Letreveu, Syndico, re ad deliberandum propositâ, Omnes censuerunt, præfatam de pace Orationem esse quamprimùm typis mandandam. Et ita conclusit ampliss. Rector./.

Anno dñi 1749, die primâ mensis Martii, habita sunt Comitia ordinaria Deputatorum Universitatis apud amplissimum Rectorem in Mazarinæo; quibus in Comitiis primum interfuit M. Joannes Cugnet, novus Juridicæ facultatis Decanus. 1. Mart.

1.° Supplicârunt pro Litteris Nominationis jure Magisterii artium ex quinquennii MM. Joannes-Remigius-Christinus Vincent, diac. Catalaunensis; Et franciscus-Marchand, item diac. Catalaunensis. De his retulit M. Letheveu, Syndicus, ac dixit, se vidisse tum eorum Litteras Magisterii, tum Professorum, quos audierunt, testimonia, quibus constat, quinquennium Academicum fuisse ab iis peractum confectum, cæteraque instrumenta ad hanc Supplicationem requisita; in quibus omnibus nihil desiderari. Audito Syndico, Placuit, sua præfatis Supplicibus postulata concedi.

2.° Lecta et recognita sunt, quæ Comitiis superioribus acta fuerant et statuta.

3.° Quòd ornatissimi Galliæ et Picardiæ Procuratores retulerunt de M. Jacobo Dubois, qui postremis Comitiis supplicaverat pro licentiâ aperiendi hac in urbe pædagogii sub clientelâ Universitatis, Audito M. Venet, Pædagogorum Academicorum Procuratore, sive Agente, audito pariter M. Letheveu, Syndico, Placuit, admitti præfatum Jacobum Dubois.

Eâ occasione, Quòd Verba fecit amplissimus Rector, aliquos Ordines Academicos optare, ut qui deinceps ejusmodi licentiam postulabunt, interrogentur, an Constitutioni Unigenitus subditi sint et obtemperantes; nec ullus posthac inter pædagogos Academicos admittatur, qui non antè declaraverit, se præfatæ Constitutioni subditum esse et obsequentem. Id se ad deliberandum proponere apud Academicum Tribunal, cujus unius sit eam licentiam et clientelam concedere, vel denegare; Decare, audito M. Letheveu, Syndico, rogatis dictisque sententiis, Sapientissimi Jurium et Medicinæ Decani abstinuerunt à dicendâ sententiâ: Sapientissimus Theologiæ Decanus, Ornatissimique Galliæ, Picardiæ, Normaniæ et Germaniæ Procuratores censuerunt, Neminem deinceps inter Pædagogos Academicos esse admittendum, nisi antè declarat, se iis adhærere, quæ super Constitutione Unigenitus decreta sunt sive in Sacrâ Theologicâ facultate

anno 1729, sive in præclarâ facultate Artium anno 1739.

4.° Quòd M. Ludovicus-Nicolaus Durand, Universitatis Quæstor, qui die 4.ª mensis Maji ultimò præteriti Collegiorum S. Michaëlis et Trecorensis procurationem ultrò in se et gratuitò susceperat, postulavit, ut sibi, satis aliunde occupato, onus illud deponere liceret, Placuit, haberi rationem postulationis præfati Mgri Durand, et in ejus locum suffici duos viros Academicos, qui dictorum Collegiorum res separatim gerant, iisque honorarium idem, quod antehac Mgris Denise et fontaine fuerat attributum, ducentas videlicet unicuique libellas, sub beneplacito supremæ Curiæ attribui. Nominati sunt autem, quibus hæc procuratio committatur, M. Marcus-Antonius Laforgue, Baccalaureus Theologus, Collegii Mazarinæi Probibliothecarius, et M. Dominicus Morin Grammatices in Cardinalitio Professor; et assignatum est Mgro quidem Laforgue Collegium S.i Michaëlis, Mgro verò Morin Collegium Trecorense.

5.° Placuit, offerri ac donari clarissimo viro M. Carolo Lebeau trecentas libellas, honoris causâ, ob eloquentissimam, quam nuper de pace universitatis nomine habuit, Orationem.

6.° Quòd dictum est, esse in hac urbe unum è magistris Duacensibus ab Universitate suâ missum et delegatum, ut cum Universitate Parisiensi de rebus ad utramque Universitatem spectantibus agat; Placuit, nominari Mgros Delorme Theologiæ Prodecanum, Le Neveu, Syndicum, et Piat, scribam, qui cum amplissimo Rectore videant, quid ille Delegatus afferat, quid proponat, quid fieri deceat, aut expediat, prius quam ad Academicum Tribunal referatur.

7.° Dixit Amplissimus Rector, Quoniam proximis Universitatis supplicationibus, præter solita votorum et precum argumenta, etiam gratias de pace concessâ referri Deo publicè deceat, se, ut aliquid solemnitatis adderetur, rogasse Illustrissimum Archiepiscopum Parisiensem, ut in iis supplicationibus Pontificem agere vellet; nec illum recusasse munus, imò libentissimè in se recepisse. Dictum est, rectè et convenienter fecisse Ampliss. Rectorem. Placuit autem, Magistris Academicis, quibus in supplicationibus ordinariis locus esse solet, quique in his ad finem usque interfuerint, ex Ærario Academico singulis viginti quatuor asses erogari.

Et ita super his septem capitibus, audito super singulis M. Le Neveu, Syndico, conclusit amplissimus Rector /. approuvé la rature d'un mot nul. /. Hamelin Rector

Anno dñi 1749, die quarta ~~Martii~~ Martii, nimirum 4. mart.
feriâ tertiâ secundæ hebdomadæ quadragesimalis, horâ Septimâ
matutinâ, habita sum in Maturinensi Comitia ad aperiendum
rotulum, more antiquo.

Postulante et requirante M. Letteveu, Syndico, Placuit,
Nominationum Rotulum in hunc annum aperiri.

Et ita concluxit amplissimus Rector.

Rector

Anno dñi 1749, die undecimâ mensis Martii, habita sum 11. Mart.
in Maturinensi Comitia Centuriata ad Sacras Universitatis Sup-
=plicationes.

Primum in angulo Consessum est, ubi Supplicarunt
pro Litteris Nominationis jure Magisterii Artium et quinquennii
Mtri. Franciscus Desmoulins, presb. Parisinus; Michaël-Nicolaus-
-Franciscus Boutran, presb. Rotomagensis; et Joannes Berille,
Subd. Senonensis. De his retulit M. Letteveu, Syndicus, ac dixit,
se vidisse tum eorum Litteras Magisterii, tum Professorum, quos
audierunt, testimonia, quibus constat, quinquennium Academicum
fuisse ab iis ritè peractum, cæteraque instrumenta ad hanc
Supplicationem requisita; in quibus omnibus nihil desiderari.
Audito Syndico, Placuit, sua græfatis Supplicibus postulata
concedi.

Ibidem, Academica fidem dederunt Joannes-baptista-Theo- De Hansy } Libr.
=dorus de Hansy, et Joannes-Natalis Le Loup, Librarii, ab uno Le Loup. }
ex adjunctis græsentati.

Itum est deinde in Comitium, ubi Amplissimus Rector
de pace græsertim Orationem habuit. Omnes Ordines Aca-
=demici rata et grata habuerunt quæcumque gessit in suo
trimestri Magistratu ipsique decreverunt Litteras Commenda-
=titias, et amplissimum polliciti sunt comitatum ritè pro-
=cedenti ad eadem Deo Sacram sub invocatione S.ti Sulpitii
tam eundo quam redeundo.

In Ecclesiâ S. Sulpitii, postquam Universitas locum suum,
hoc est ipsam Templi navim cepit, venit Illustrissimus Archiepiscopus,
sub umbellâ incedens in pontificalibus. Exceptus est in ipso aditu
Templi à Pastore et Clero Sulpitiano. Priusquam autem ingredere-
=tur in Septum Academicum, Mgri Letteveu et Piat, Viri Rectorii,
obviam ierunt venienti, eumque, honoris causâ, comitati sunt ad
sedem usque Pontificiam, in sinistrâ altaris parte collocatam.
Rem Sacram fecit Illustrissimus idem Archiepiscopus. Ad offertorium
nemo ex Universitate processit, præter amplissimum Rectorem,
qui nummum aureum obtulit. Non est habita Concio; sed, pe-
=racto Sacro, decantatus est hymnus eucharisticus Te Deum;

Quo finito, amplissimus Rector cum Tribunali Academico ad sedem Pontificiam, et Illustrissimo Pontifici gratias egit simplici salutatione, deinde cum eodem suo Tribunali sedem suam Academicam repetiit. Discessit Archiepiscopus, eumque iidem MM. Le Neveu et Piat à Sanctuario comitati sunt usque dum é Septo Academico egressus esset.

Tum Universitas profecta est, et eodem ordine, quo venerat, Maturinenses repetiit, ubi singulis Academicis sportula ex aerario Academico erogata est.

Hamelin Rector

21. Mart. Anno dñi 1749, die vigesimâ-primâ mensis Martii, horâ nonâ matutinâ, habita sunt extra ordinem comitia Deputatorum universitatis in aulâ Mazarinæâ ad excipienda Regis mandata.

Accessit Ordinarius Rituum Magister, atrato habitu, cum fecialibus et præconibus Libitinariis, et amplissimo Rectori porrexit Litteras regias, quæ sic erant,

A nos chers et bien amés les Recteur, Doyens, Procureurs et Supposts de nostre chere et ainée fille l'Université de nostre bonne ville de Paris.

De par le Roy

Tres chers et bien amés, Ayant resolu de faire celebrer un service solemnel dans l'Eglise Metropolitaine de nostre bonne ville de Paris pour le repos de l'ame de nostre tres chere et tres amée Tante la Duchesse d'Orleans, et comme nous desirons, que cette cerémonie se fasse avec toute la decence convenable, Nous vous mandons et ordonnons de vous y trouver en l'ordre accoutumé, au jour et a l'heure que le Grand maitre ou le Maitre des Ceremonies vous dira de nostre part. Si n'y faites faute, Car tel est nostre plaisir. Donné a Versailles le 12 mars 1749. Signatum, Louis. Et infrà, Phelippeaux.

Rituum Magister diem indixit 24.am hujus mensis, et horam decimam matutinem.

Dixit Amplissimus Rector, Universitatem pro more suo Regis voluntati fore obsequentissimam.

Digresso rituum Magistro, soluta sunt Comitia. /.

Hamelin Rector

22. Mart. Anno dñi 1749, die vigesimâ-secundâ mensis Martii, habita sunt in antecessum Comitia gñalia præclaræ artium facultatis in Maturinensi.

1749. — Mart. — 32.

Factâ ab amplissimo Rectore supplicandi potes=tate, supplicârunt Hyacinthus Roques, clericus Carcassonensis, ut ne sibi noceat, quòd nomen suum gentilitium scripsit sine litterâ, s, in uno é catalogis; Joannes-Camillus Dubaud, acol. Parisiensis, ut nomen suum gentilitium Scriptum censeatur, — Dubaud, in quibuscumque actis academicis scriptum est, Dubault, Joannes-Franciscus Fournier, presb. Parisiensis, ut ne sibi no=ceat, quòd se in uno é catalogis, aut aliis quibuscumque actis academicis, Parisiensem scripserit, non, Parisiensem; Claudius Vestu, presb. Eduensis, in artibus Magister, ut pro, Vetus, dicatur, Vestu, in litteris Magisterii aliisque actis quibus=cumque Academicis; Joannes-Baptista-Carolus Astier, diaconus Forojulius, ut ne sibi noceat, quòd in uno é catalogis scripserit se D'astier; Petrus-Philippus Veron, Senonensis, ut immunis fiat ab onere scribendi, ob pectoris infirmitatem, testante M. Lemoine, Doctore Medico Parisiensi, non absolutè, sed tantùm ex relatione.

Roques. Dubaud. Fournier. Vestu. Astier. Veron.

Audito dehis supplicibus M. Leteveu, Syndico, am=plissimus Rector dimisit Nationes, dehis deliberaturus et quatuor=viros confirmaturus; petitisque ut rata haberentur quæ gessit, et sibi Litteræ Commendatitiæ decernerentur.

Nationes retulerunt, se rata et grata habere quæ gessit amplissimus Rector iisque Litteras Commendatitias decernere; quinque prioribus supplicibus indulgere absolutè, sexto eâ conditione ut proferat valetudinis testimonium absolutum; confirmare quatuor=viros, videlicet in honorandâ Natione Mgrum Mouton, Tribûs Senonensis Decanum; in fidelissimâ Mgrum Jallé, Philosophicæ Professorem in Cardinalitio; in Venerandâ Mgrum LeRoux, Lic. Theologum; in Constantissimâ Mgrum King, Lic. Theologum.

Quatuorviri, præstito Sacramento, Conclave subierunt, unde digressi retulerunt se fasces Rectorios prorogasse amplis=simo Viro D. Paulo Hamelin, Rectori.

Quæ prorogatio statim probata est et confirmata ab omnibus Nationibus.

Et ita concluxit amplissimus Rector. /

Hamelin Rector

Die vigesimâ-quartâ ejusdem mensis Martii, Solemne Sacrum Regis jussu peractum est in Basilicâ B. Mariæ Parisi=ensis ad æternam quiem Serenissimæ Principis Mariæ-Franciscæ Borbonicæ, dotariæ Aurelianensium Ducissæ, cui Sacro Universi=tas de Regis mandato pro more interfuit. /

24. Mart.

Piat Scriba

5. April. Anno dñi 1749, die quintâ Aprilis, habita fuit Comitia ordinaria Deputatorum Universitatis apud amplissimum Rectorem in Mazarineo. Quibus in Comitiis primùm interfuere MM. Carolus Vray et Franciscus Nayot, novi Procuratores, ille Normaniæ, hic Germaniæ.

1° Supplicavit pro Litteris Nominationis jure Magisterii Artium et quinquennii M. Joannes-franciscus fournier, presb. Parisinus. De eo retulit M. Le Neveu, Syndicus, ac dixit, se vidisse tum ejus Litteras Magisterii, tum Professorum, quæ audivit, testimonia, quibus constat, quinquennium Academicum fuisse ab eo rité confectum, cæteraque instrumenta ad hanc Supplicationem requisita; in quibus omnibus nihil desiderari. Audito Syndico, Placuit, annuì postulationi præfati Supplicis.

2° Lecta et recognita sunt, quæ fuerant in Comitiis superioribus acta et statuta.

3° Quòd verba fecit Amplissimus Rector, fidelissimam Picardorum Nationem die 4ª Januarii proximè elapsi Supplicitèr postulasse, ut, habitâ ratione rerum suarum, quæ quam miserabili in Statu sint omnibus notum esse, æs omne, quod anno 1738 ab universitate sumpsit annuo et legitimo fœnori, remissis usuris omnibus tam præteritis quam futuris, ad nudum Caput, sive ad nudam Sortem, redigeretur, liceretque sibi Sortem illam dissolvere per partes, redhibendo scilicet bis mille libellas singulis annis, donec totius creditæ pecuniæ confecta Solutio fuerit. Hanc postulationem Visam fuisse Academico Tribunali, non tam æquam, quam ab ipsâ necessitate expressam, atque adeò admitti posse, si eam Ordines Academici ratam haberent. Nunc Sciendum, quid Ordines illi Academici super illâ re Statuerint. Quòdque Sapientissimi Theologiæ, Jureum et Medicinæ Decani, Ornatissimique Galliæ, Picardiæ Normaniæ, et Germaniæ Procuratores, singuli suorum Ordinum sententias retulerunt, quarum Summa fuit, Annuendum esse postulationi Picardicæ Nationis, oblatamque ab eâ conditionem accipiendam esse, dummodò ea adhibeantur cautiones, quibus proposita redhibitio, nempè bis mille libellarum in singulos annos, tuta sit ac certa, nec moram ullam patiatur; quas quidem cautiones Tribunalis Academici prudentiæ totas permitti. De ea re, audito M. Le Neveu, Syndico, de communi omnium Ordinum Academicorum consensu, Placuit, ‡ haberi rationem postulationis à fidelissimâ Picardorum Nationè die 4ª Januarii institutæ, ac consequenter, Ex ære,

‡ Sub beneplacito Supremæ Curiæ

quod præfata Natio anno 1738 ab Universitate sumpsit, usuras omnes tam præteritas quam futuras remitti; solam exigi sortem, eamque per partes dissolvi, numerando scilicet singulis annis bis mille libellas, donec ad summæ creditæ finem perventum fuerit; atque in eam rem, duo illa libellarum millia singulis annis pensitanda, in omnes et singulos conductores domûs, quam præfata Natio in Vico Stramineo possidet, authentico instrumento delegari.

Et ita super his tribus capitibus conclusit amplissimus Rector. /. approuvé la rature d'un mot dans l'article troisieme. /.

Ramelin Rector

Anno Dñi 1749, die decimâ-quintâ Aprilis, horâ septimâ matutinâ, habita est in Maturinensi Synodus Academica. 15. April.

Post habitam ab amplissimo Rectore orationem, appellati sunt Beneficiati Universitatis hoc ordine,

Pastores Ecclesiarum parochialium

M. Christophorus Bellot, Licentiatus Theologus, Pastor Ecclesiæ parochialis SS. Cosmæ et Damiani.

M. Claudius Leger, in Artibus Magister, Pastor Ecclesiæ parochialis S. Andreæ ab Arcubus.

M. Joannes-baptista-Antonius Cotelle, Licentiatus Theologus, Pastor Ecclesiæ parochialis S. Germani Senioris; ab Universitate inter majores beneficiatos ultimò nominatus, designante Venerandâ Normanorum Natione.

Capellani

M. Carolus Tabourin, in Artibus Magister, Capellanus Capellaniæ B. Mariæ in Ecclesiâ parochiali S. Andreæ ab Arcubus.

Capellaniarum Savoësianarum

M. franciscus-Carolus Dufour, Doctor Theologus et Ecclesiæ Parisiensis Canonicus.

M. Petrus-Stephanus Gourlin, Bacc. Theologus.

M. andreas Potier, Bacc. Theologus.

M. Josephus Ravy, Bacc. in Jure Canonico.

M. franciscus Brenet, Bacc. Theologus, ab Universitate inter minores beneficiatos ultimò nominatus, designante et præsentante Venerandâ Normanorum Natione.

Capellaniarum de Castelleto

M. Petrus Meurice, Licentiatus in Utroque Jure.
M. Julianus Chabrun, Bacc. Theologus.
M. Petrus-Maturinus Vaillant, Bacc. Theologus.

Capellaniarum de Thesauro regio

M. franciscus Witasse defontaine, Licent. Theologus.
franciscus Monchablon, presbyter.

Abfuerunt mm. Ravy, meurice, Tabourin et Monchablon. Pro duobus his postremis prolata est causa absentiæ legitima.

Audito M. LeNeveu, Syndico, Placuit, præsentes laudari, absentes verò, qui Sonticam absentiæ suæ causam dedere, pro excusatis haberi, cæteros mulctâ Solitâ damnari.

Et ita conclusit amplissimus Rector./.

Hanc Lin[illegible] Rector

3. Maij. Anno dñi 1749 die tertia mensis Maji habita Sunt Comitia ordinaria Deputatorum Universitatis apud amplissimum Rectorem in Mazarinæo.

1.° Supplicarunt pro litteris Nominationis jure Magisterii artium et quinquennii MM. Josephus Lape presbyter Lugdunensis, Et Nicolaus-Damasus-Josephus Demoronval, acolythus Boloniensis. De his retulit M. LeNeveu, Syndicus, ac dixit se vidisse tum eorum litteras Magisterii, tum Professorum, quos audierunt, testimonia quibus constat, quinquennium Academicum fuisse ab iis rite confectum, cætera que instrumenta ad hanc Supplicationem requisita, in quibus omnibus nihil desiderari. Audito meritissimo Syndico, Placuit, Sua præfatis Supplicibus postulata concedi.

2.° Lecta et recognita Sunt, quæ fuerunt in Comitiis Superioribus acta et Statuta.

3.° Sapientissimus Medicorum Decanus ordinis Sui nomine gratias Universitati retulit, quod in partem causæ adversus Chirurgos, a Saluberrimâ facultate Susceptæ, venerit, quod que causam illam non Subscriptione Sua tantum, sed etiam consiliis, officiis, Scriptis libellis adjuverit. De felici causæ exitu jam per se Saluberrimum Ordinem gratias egisse Illustrissimo Galliæ Cancellario: his gratiis non leve pondus accessurum, Si etiam per Amplissimum Rectorem Universitatis nomine eidem Illustrissimo Cancellario referantur. ad ea responsum est, Merito fecisse

G. DE PARIS P.P. EXTR. I. SOL. D. LAT.

Universitatem, cum in causam descendit Saluberrimæ facultatis quæ ipsa sit Universitatis pars non pœnitenda. Illi ut commu=nem fuisse cum dictâ facultate in prosequendâ causâ sollici=tudinem, ita communem esse de felici causæ exitu lætitiam. Curæ fore amplissimo Rectori, ut ipse cum aliquot viris aca=demicis, atque etiam cum ipso Saluberrimi Ordinis, si com=modum erit, Decano ad Illustrissimum Galliæ Cancellarium adeat.

4°. Universitatis Cursori, quod invitatorios libellos ad orati=onem, de Pace, per omnes urbis regiones detulerit, placuit dari, sexaginta libellas, quod autem deinde ipsam orationem detulerit plurimis Magistratibus, viginti quatuor libellas.

5°. Lectum est instrumentum, quo vir clarissimus M. Carolus Coffin Collegii Dormano-Bellovaci Primarius, Universitati Donat quinquaginta libellas annui et perpetui reditus, ut præmiorum academicorum numerus augeatur, pro ut ejus nomine apud academicum Tribunal propositum est die Septimâ Decembris proxime elapsi. Placuit illud Ins=trumentum probari et subsignari.

6°. Auditæ et exceptæ sunt rationes accepti et expensi à M. Ludovico-Nicolao Durand, quo breve temporis spatium, quo res Collegii S. Michaelis administravit, nempe à Mense Maio anni superioris, ad mensem Martium hujus anni, placuit, illas probari.

7°. Placuit assumi in Architectum Universitatis Ordinarium virum honestum D. Barbier de Blinieres.

8°. Quod Ornatissimus Galliæ Procurator Nationis suæ nomine rogavit amplissimum Rectorem et academicum Tribunal, ut in arcâ ærarii Universitatis deponi et asservari sinerent summam ter mille libellarum ex rationibus nuper redditis a M. Nicolao Piat dictæ Nationis Quæstore, ~~proventam~~ provenientem. Placuit haberi rationem postulationis ho=norandæ Nationis, et consequenter in arcam ærarii præfatam summam recondi, instar depositi asservandam.

Et continuo præfatus M. Piat numeravit ter mille libellas, quæ deinde in arca ærarii depositæ sunt et in codice intus posito inscriptæ, tanquam honorandæ Nationis propriæ et peculiares.

Et ita super his octo capitibus, audito prius super singulis M. Le Neveu, Syndico, conclusit amplissimus Rector.

Hamelin Rector

24. Maij. Anno dñi 1749 habita sunt die vigesimâ quartâ Maij Comitia deputatorum et adjunctorum Universitatis apud Amplissimum Rectorem in Mazarinæo, ad excipiendas rationes accepti et expensi ab universitatis Quæstore per annum 1748.

1°. Auditis, probatis que rationibus, compertum est ex acceptis residuam esse summam ter mille et centum viginti duarum libellarum cum uno asse. Quam summam placuit in manibus Quæstoris relinqui.

2°. Actum est de Negotio ad Universitatem Duacensem spectante, de quo sic in præsentiâ statutum est et placuit Gallice describi.

Oui le rapport des Deputez sur la proposition de l'Université de Douay, notamment sur deux articles, par lun desquels la dite Université demende qu'en cas d'égalité parfaite entre deux gradués, lun de Paris, l'autre de Douay, requerans tous deux le meme benefice en vertu de leurs lettres de Nominations, le titre de Gradué de Paris ne puisse donner a celui qui en sera revêtu aucune préference sur son concurrent au moins pour les Benefices des Païs bas: Et par lautre la meme Université demende, que le privilege de Septennium soit accordé a ses Professeurs. Declaré, que l'Université de Paris ne peut consentir a ces deux articles, ni meme se dispenser de faire ce qui sera de droit pour en empescher l'impetration. En consequence, oui et ce requerant le Syndic, arresté, qu'incessamment M. le Recteur, avec tels Deputez qu'il jugera a propos de prendre avec lui, verra M. le Chancelier et lui presentera un Memoire, expositif des raisons qu'a l'Université de Paris de s'opposer aux susdits deux articles.

Et a été ainsi conclu par M. le Recteur.

3°. Coram Amplissimo Rectore et ornatissimis Procuratoribus supplicavit Josephus Guillemot Clericus Claromontensis, ut ne sibi noceat quod nominibus suis adjecerit nomen Antonii in tribus Catalogis. Audito M. Le Neveu, Syndico, placuit sub beneplacito præclaræ artium facultatis dicto supplici indulgeri.

Guillemot.

Et ita super his tribus capitibus, audito prius super singulis M. Le Neveu Syndico conclusit Amplissimus Rector.

Hamelin Rector

7. Junii. Anno dñi 1749 die septimâ mensis Junii habita sunt Comitia ordinaria Deputatorum Universitatis apud Amplissimum Rectorem in Mazarinæo.

Nemo supplicavit pro litteris Nominationis.

G. DE PARIS P.P. EXTR. I. SOL. 4. D. LAY.

1°. Placuit indici Sacras Universitatis supplicationes ad diem hujus mensis vigesimam.

2°. Item Placuit, Suos Singulis concertationibus Scholasticis dies assignari et indici, hoc scilicet ordine,

Rhetores:
- Die Sabbati 14. Junii orationem Græcam in Gallicam vertent.
- Sabbati 21. Carmen latiné scribent.
- Veneris 27. orationem scribent gallicé.
- Martis 1a. Julii, alteram orationem scribent Latiné.

Secundani:
- Mercurii 18. Junii orationem græcam vertent in Gallicam.
- Mercurii 25. Latinam in gallicam vertent.
- Sabbati 28. Carmen latiné scribent.
- Mercurii 2. Julii orationem gallicam in latinam vertent.

Tertiani:
- Jovis 19. Junii Græcam orationem vertent in gallicam.
- Jovis 26. Latinam vertent in gallicam.
- Lunæ 30. Gallicam in Latinam vertent.

3°. Relatum est de M. Joanne-Petro Simon Subdiacono Parisino, et artium Magistro, qui die quartâ Januarii proxime elapsi supplicavit pro licentiâ aperiendi hac in urbe Pædagogii sub clientelâ Universitatis. ac primo de ejus moribus ac peritiâ nulla difficultas. sed admonuit M. Montagne, unus de Pædagogis academicis, qui pro officio ad academicum Tribunal accessit, nomine et loco Mgri Venet, præfatorum Pædagogorum Procuratoris, sive agentis, morbo detenti, admonuit, inquam, videri præfatum M. Simon non eâ mente pædagogii licentiam petere, ut eam provinciam per se obeat, sed velle tantum nomen suum suo Patri, qui nullo gradu academico insignitus sit commodare, id que in Patris sermone esse intellectum.

Ipse præfatus Simon de ea re interrogatus, dixit, nescire se quid pater suus in animo habeat, sed certum sibi deliberatum que esse, pædagogium, si obtinuerit per se gerere, se non aliâ mente litteras Clientelæ postulare, nec aliâ sibi conditione datas velle.

Auditâ declaratione præfati Simon, audito M. Le Neveu Syndico, Placuit dictum Joannem-Petrum Simon ad Sacramentum admitti, eique litteras Clientelæ concedi, ad mentem supradictæ declarationis tantum valituras.

4°. Admonuit idem M. Montagne, Magistrum Jacobum Dubois, qui mense Martio proxime elapso inter Pædagogos academicos admissus est, fidei, quam universitati dedit, oblitum discipulos suos ad alienas scholas mittere. Item viduam Charmont Pædagogium habere sub nomine Magistri Le Coq. Placuit mandari meritissimo Syndico, ut cum Pædagogis academicis videat,

qua ratione possit vidua illa ab incepto dimoveri. Quod spectat ad jacobum Dubois, Placuit, rogari amplissimum Rectorem ut eum ad se accersat, et ab rescisat an alió, quam in Scholas Universitatis discipulos mittat, quod si verum esse comperiat tum ei denuntiet, illum privilegio academico et Universitatis Clientelâ excidisse.

5°. Placuit, cum deinceps Universitatem Marliacum invisere contingeret ad offerendos Regi Regiæque familiæ cereos, eamdem apparitoribus erogari sportulam, quæ ipsis erogari solet Versaliis.

6°. Accesserunt a fidelissima Picardorum Natione deputati tres Professores, Scilicet M. Lebel, Eloquentiæ in Marovinæo, M. Turquet, Philosophiæ in Lexovio, et M. Vallé, Philosophiæ in Cardinalitio, et cum iis Libellio seu Notario regius. Qui quidem Notarius legit formulam novæ pactionis cum Picardicâ natione transigendæ. Quæ formula visa est iis omnibus plane respondere, quæ super illâ re deliberata sunt ex ordinum academicorum consensu statuta die quintâ Aprilis proximè elapsi. atque adeo placuit, illam probari et subsignari. Exposuerunt præfati Picardicæ Nationis deputati, Inter conditiones ab Academico Tribunali Picardicæ Nationi propositas die duodecimâ Maji, et a dictâ Natione acceptas die decimâ nonâ ejusdem Mensis, ac deinde a Supremo Senatu confirmatas die vigesimâ tertiâ ejusdem Mensis Maji, inter has, inquam, conditiones unam esse his conceptam verbis:

Jusquà ce que ladite Nation ait eteint les dits mil cinq cent soixante et quinze livres de rente tant en principal qu'arrerages, et soit entierement acquittée tant des dits quatre mil livres d'arrerages, que de tous les arrerages qui seront echus du passé des dits trois parties de rente qui seront dûs a l'Université, Les loyers de ses deux Supditas Maisons, ainsi que tous les autres revenus, meme casuels, seront reçus, non par un Questeur ordinaire et annuel, mais par deux Questeurs ou Receveurs, nommés d'office pour un temps illimité, Sçavoir pour le present par les deux maistres de la dite Nation qui avoient été nommés par arrest de la Cour du dix huit Aoust 1735 pour recevoir les loyers de la maison nouvellement bastie, et a leur defaut par ceux que la dite Nation presentera a la Cour contradictoirement avec l'Université.

Hactenus Picardicam nationem huic conditioni diligenter, ut par est, obtemperasse. usu tamen et experientiâ comperisse, non admodum utilem esse illa Questorum geminationem, cum res sua per unum Questorem facile administrari possint. imo incommodam esse plerumque et molestam, utpote, quæ dissidiis locum aliquando præbeat. Itaque postulare Picarditæ Nationis Nomines, ut duo illi Questores ad unum redigantur, servatis conditionibus

G. DE PARIS P. P. EXTRA SOL. 4. D. LAF.

quibus anno 1738 instituti sunt. De eare audito M. Le Neveu Syndico, placuit, haberi rationem postulationis præfatæ Nationis Picardicæ et consequenter ei, sub beneplacito supremæ curiæ, declarari, per academicum Tribunal licere ut pro duobus Quæstoribus unicum habeat, iisdem cautionibus et conditionibus, quibus duo illi priores anno 1738 instituti sunt, nempe ut unicus ille Quæstor ad tempus indefinitum eligatur, ut academico Tribunali probetur, denique a supremo Senatu confirmetur; idque fiat donec præfata Natio, quod Universitati debet, plane dissolverit.

Et ita super his sex capitibus, audito prius super singulis M. Le Neveu Syndico, conclusit amplissimus Rector.

Hamelin Rector

18 Jun. Anno dñi 1749 die decimâ-octava Junii habita sunt extra ordinem comitia deputatorum Universitatis apud amplissimum Rectorem in Mazarinæo: in quibus quæ acta sunt placuit gallicè describi quo sequuntur modo;

L'an 1749 le 18 de Juin dans l'assemblée des Deputez ordinaire de l'Université, Monsieur le Recteur a dit, que le Sieur Jean Baptiste Coignard Imprimeur Libraire de l'Université et de l'academie françoise, desirant donner a l'Université des preuves de son attachement, avoit conçu le dessein de lui faire donation pure et simple d'une somme de dix mille livres produisant quatre cent livres de rente au denier vingt cinq et faisant partie de celle de trente mille livres que l'Université doit audit Sieur Coignard pour le restant du prix d'une Maison, que l'Université a acquise dudit Sieur Coignard par contract de mille sept cent trente huit, qu'ayant prevu que cette proposition ne souffriroit aucune difficulté de la part de la compagnie, il avoit invité le Sieur Coignard a se trouver a la presente assemblée pour s'expliquer lui meme sur cette donation, sur quoi la compagnie ayant deliberé le dit Sr. Coignard étant entré a repeté les memes choses qui venoient d'être dites par Monsieur le Recteur, et a ajouté que desirant consommer dans l'instant meme un projet, qui tend uniquement a donner a l'Université des Marques de son attachement il avoit fait dresser l'acte de donation, des dix mille livres produisant au denier vingt cinq quatre cent livres de rente et faisant partie de celle de trente mille livres qui lui restent dues par l'Université, accause de l'acquisition d'une Maison rue St. Jacques près Saint yves, qu'il avoit amené a cet effet le Sieur Belanger Notaire, qui a dressé le dit acte de donation, pour le signer en presence du Tribunal s'il jugeoit a propos de l'accepter; oui la proposition du Sr. Coignard

ensemble la lecture dudit acte de donation et ensuite les Conclu
sions de Me. Le Neveu Syndic, La chose mise en deliberation
Messieurs les Doyens et Procureurs, apres avoir loué les bonnes
Intentions dudit Sr. Coignard envers l'Université et lui avoir
temoigné combien ils en etoient reconnoissants, ont été Unani
=mement d'avis d'accepter la dite donation pure et simple
dune Somme de dix mille livres produisant au denier vingt
cinq quatre cent livres de rente et faisant partie de celle de
trente mille livres qui reste due par L'Université audit
Sr. Coignard Et Monsieur le Recteur a Conclu et a l'instant
le dit Sr. Coignard ayant Signé le dit acte de Donation, Messieurs
Les Recteurs, Doyens, Procureurs Et officiers composant le
Tribunal de L'Université l'ont pareillement Signé.

Ensuitte Monsieur le Recteur a dit qu'au moyen
de la cession, qui venoit d'etre faitte par le Sieur Coignard a l'Uni
versité dont les revenus sont principalement destinés a ce qui
peut contribuer a l'accroissement des belles Lettres, est en etat de
faire une application de la Somme de quatre cent livres de
rente, dont elle se trouve annuellement dechargée, que pour
remplir cette vue et marquer de la part de l'Université au Sr.
Coignard sa Sensibilité, Il le prioit de rester a l'assemblée du
Tribunal a l'effet de Conferer avec lui sur cette application.
Sur quoi le dit Sr. Coignard, apres avoir temoigné au Tribunal
combien il etoit flatté de l'honneur qu'il lui procuroit a dit que
quoique ce fut a lui a prendre des Conseils de l'Université, et non
a luy en donner, neantmoins puisqu'on lui faisoit l'honneur
de lui demender son Sentiment, Il estimoit que la distribution
des prix nouvellement etablie pour les ecoliers ayant paru
a tout le public un etablissement fort utile, Il devoit encore
etre plus interessant pour l'accroissement des belles lettres d'eta=
=blir un prix annuel pour celui des Maitres ez arts, qui
aura le mieux reussi dans un discours Latin, dont le Sujet
auroit eté proposé par l'Université, que ce seroit le Moyen de
r'animer le goust de la composition Latine, meme de for=
=mer et de faire connoitre les Sujets propres a remplir les
chaires des Colleges et les autres postes ou la Science du Latin est
requise./.

La chose mise en deliberation, Le Tribunal apres avoir exami=
=né les differents projets qui ont été proposés a reconnu que rien en
effet ne pourroit contribuer d'avantage a faire fleurir les Lettres
et notamment a conserver le goût de la belle Latinité que d'exciter
l'emulation parmis les Maistres en attachant un prix a la compo
sition d'un discours Latin./.

En consequence il a été arresté audit Tribunal qu'a l'avenir
L'Université donnera tous les ans un prix a celui qui étant de la
qualité marquée ci apres, aura le mieux reussi dans la composition
d'un discours Latin, dont le Sujet sera donné et publié par la dite Univ=
=ersité, que pour fournir tant a la valeur dudit prix, qu'aux frais de

la distribution, la dite Université aura plaisir de Nos Seigneurs du Parlement prendra sur ses revenus une Somme pareille a celle qu'elle payoit cy devant audit S.r Coignard, Savoir quatre cent livres de rente qu'elle a sur les revenus du Roy payable a l'hotel de Ville de Paris, au Principal de Seize mille livres. La quelle vente telle qu'elle se comporte ou pourra se comporter a l'avenir Sera affectée a l'établissement dudit prix, Et pour rendre cet etablissement aussi Solide qu'il est possible les dix mille livres donnés et remis a L'Université par le S.r Coignard, Seront affectés pour repondre Subsidiairement, Et avec privilege du defaut de remploy de la dite Somme de quatre cent livres Sur les postes ou de la perte et diminution par tout evenement meme procedant de la volonté et du fait du Roy. /.

Se reservant toutefois L'Université la faculté de liberer lors qu'elle le jugera a propos tant la dite vente Sur les postes que les dits dix mille livres de l'Assignat cy dessus, en faisant un employ de pareille Somme de dix mille livres, au moyen du quel tant la dite rente de quatre cent livres au principal de Seize mille livres, que les dits dix mille livres hypotequées Sur la maison rue S.t Jacques Seront et demeureront pleinement dechargés. /.

Enfin pour continuer a donner des marques de la Sensibilité de l'Université pour le dit S.r Coignard, il a été aussi arreté que Si l'employ de la dite Somme se faisoit pendant sa vie il seroit fait de Concert avec lui, Et après Son decés de l'autorité du Parlement, comme aussi que dans le Mandement qui Sera donné pour annoncer le Sujet du discours et dans la proclamation dudit prix il Sera fait mention de la liberalité dudit S.r Coignard. /.

Et Monsieur le Recteur a Conclu. /.

Clauses et Conditions pour l'Etablissement du Susdit Prix.

I.°

L'Université proposera tous les ans le Sujet d'un discours Latin, et elle le proposera par affiches publiques en ces termes; Ex Liberalitate S. G. Coignard &c.

Ce Sujet Sera un Sujet Litteraire ou un Sujet Moral alternativement a moins que quelqu'evenement public et Interessant ne determine le Tribunal a le proposer pour Sujet. Il Sera annoncé Immediatement après la Saint Martin.

II.°

Le Discours ne doit etre que d'une demie heure de lecture.

III.°

Il y aura un prix pour celui qui aura le mieux fait le discours et ~~Les~~ ce prix Sera reglé par Messieurs les gens du Roy et le Conseil de L'Université, de façon que le qui proviendra de la Somme donnée y Soit employé en entier Deduction faite des Droits roy aux dont la dite vente pourra être chargée et des frais necessaires pour cette

distribution.

IV°.

Pour ~~cette distri~~ pouvoir concourir a ce prix il faudra etre M.e ès arts de l'Université de Paris pourveu qu'on ne soit ny Docteur en quelque faculté Superieure de la dite Univers=sité ny Professeur de Philosophie et de Rhetorique dans quelqu'un de ses Colleges de plein exercice, ny Principal de quelqu'un des dits Colleges ny membre d'aucune communauté Religieuse ou Congregation reguliere./.

Les Professeurs de Rhetorique et d'Humanité des Uni=versitez de Reims et de Caen, Les quels Universitez sont affiliées a celle de Paris pourront aussi concourir quand meme ils ne seroient pas Maistres ès arts dans celle de Paris pourveu neanmoins qu'ils enseignent dans les Colleges Seculiers et qu'ils soient Seculiers eux mesmes./.

V°.

Ceux qui auront travaillé remettront ou feront remettre au Greffe de l'Université leur ouvrage, Sous une enveloppe Et cette remise se fera avant le premier jour du Mois de May.

VI°.

Les Auteurs ne mettront point leur Nom Sur leurs ou=vrages, mais Seulement deux Sentences, l'une au Commencement et l'autre a la fin. Et ils escrivront neanmoins Sur un papier Separé leur nom, leur qualité et leur demeure, ils plieront et cacheteront ce papier et l'attacheront a leur piece.

VII°.

Ces pieces doivent etre d'une Ecriture assés bonne pour pouvoir étre leues facilement.

VIII°.

Il Sera nommé tous les ans des Juges pour examiner et decider du merite des pieces, ces juges Seront tirés du corps des Professeurs de Rhetorique actuels et Emerites.

Les Principaux de Colleges et les Professeurs de Philosophie pourront aussi être choisis pour juges.

IX°.

Monsieur le Procureur General du Parlement Et le premier de Messieurs Les avocats Generaux avec Monsieur Le Recteur choisiront et nommeront les Juges et Ces juges Seront au moins au nombre de Six, non compris Monsieur le Rec=teur, qui presidera a L'Examen.

X°.

Ceux qui auront esté consultés par quelqu'un des Com posans ou qui auront eu la Lecture de quelques uns des pieces connoissans de qui elles Sont ne pourront etre juges, Et si quelques uns de Ceux qui Seront choisis Sont dans ce Cas, ils le declareront a Monsieur le Recteur afin qu'on leur en Substitue d'autres.

XI°.

Ceux qui auront ete choisis pour juges en une année pourront être egalement choisis dans les Suivantes.

G. DE PARIS P.P. EXTR. 1. SOL. 4. D. LAF.

XII.°

Les Conferences pour l'Examen des pieces se tiendront chez Monsieur le Recteur Et sous sa Presidence dans le courant du Mois de May, et jusqu'au quinze du Mois de Juin.

XIII.°

Dans ces Conferences Les juges decideront en leur honneur et Conscience, quelles des dittes pieces meritent le premier, le Second, et le troisieme rang, et cette decision, se fera a la pluralité des voix.

XIV.°

Quand le Choix des trois premieres pieces sera arresté on Ecrira en marge ou a la fin de chacune delles le rang, qu'on leur aura assigné, Et cette apostille sera signée de ces juges.

XV.°

Ces trois pieces seront remises a Monsieur le Recteur, qui en presence de deux des Examinateurs ouvrira les cachets des dittes trois pieces, Et ces trois cachets seront les seuls ouverts, tous les autres sans etre ouverts seront brulés en presence de Mons.r le Recteur, au moyen de quoy les auteurs pourront etre seurs quon ne scaura s'ils ont composé que quand leurs pieces se trouveront être des trois premieres.

XVI.°

Monsieur le Recteur prendra la premiere des deux sentences de chacune des dittes trois pieces et remettra les dittes sentences au Greffier sans ~~Suiff~~ suivre le rang des dittes trois pieces, si parmi ces trois sentences Il s'en trouve quelqu'une qui ait eté employée par quelqu'autre des composants il faudra joindre la seconde sentence de la piece a la premiere.

XVII.°

Dans l'assemblée generale de la faculté des arts qui se tient le vingt trois Juin Monsieur le Recteur fera lire publiquement par le Greffier ces trois sentences et declarera que les pieces dont elles sont tirées sont les trois premieres parmis celles qui ont concourru.

XVIII.°

Ces trois sentences seront envoyées par le Greffier aux Recteurs de Reims et de Caën afin qu'ils en donnent avis dans leurs Universitez.

XIX.°

Depuis le vingt trois juin jusqu'au vingt quatre Juillet les auteurs des pieces dont les sentences auront été publiées iront au Greffe de l'Université et produiront les preuves comme ils sont de qualité requise pour concourir. ils prouveront aussi que la piece qu'ils reclament leur appartient et pour cet effet Ils en produiront la minute avec les deux sentences.

XX.°

Ces precautions etant prises et la qualité des auteurs bien constatée, le prix sera donné publiquement dans la distribution gene

vale, qui se fait a la fin du Mois de Juillet ou au Commencement d'aoust.

XXI.

Messieurs les Syndics et adjoints de l'Imprimerie et Librairie seront invités a cette distribution.

His ita Constitutis Placuit deputari aliquot vros academicos, qui praefatum D. Coignard adeant Suumque ipsi in bonas artes studium, nomine Tribunalis academici, gratulentur.

Et ita Super omnibus et Singulis Conclusis amplissimus Rector &c.

Rector

20. Jun. Anno domini 1749 die vigesima Junii habita sunt in Maturinensi comitia Centuriata ad Sacras Universitatis Supplicationes.

Primum in angulo consessum est, ubi Supplicarunt pro litteris nominationis sive Magisterii artium et Quinquennii M.M. Petrus Michon presb. Gratianopolitanus, Joannes Males presb. Petrocorax, Petrus-Laurinus Noël presb. Ebroicensis, Carolus-Alexander Laboche, clericus Ambianensis. de his retulit M. Le Nevre Syndicus ac dixit se vidisse tum eorum litteras Magisterii, tum professorum quos audierunt testimonia quibus constat Quinquennium academicum fuisse ab iis vite confectum, cetera que instrumenta ad hanc Supplicationem requisita, in quibus omnibus nihil desiderari. Audito meritissimo Syndico, Placuit sua praefatis Supplicibus postulata concedi.

Lambert Libr. Ibidem Sacramentum praestitit Michaël Lambert novus Librarius.

Deinde ventum est in Comitium, ubi postquam pervenerit amplissimus Rector, omnes Ordines Academici rata et grata habuerunt quaecumque gesta in suo trimestri Magistratu litteras que ipsi commendatitias dederunt et amplum comitatum exhibuerunt rite procedenti ad aedem deo Sacram Sub invocatione Sanctorum Innocentium.

Illic Pontificem egit ipse Parochiae Pastor ipse Magister Olivier doctor Theologus. Sacram concionem ad populum habuit M. Aubry doctor Theologus, Eucharisticam ad Pontificem M. Collet Grammaticae professor in Dormano-Bellovaco.

Rector

21. Jun. Die 21 ejusdem Mensis Junii Supremum obiit diem M. Carolus Coffin antiquus Universitatis Rector, Tribus Remensis Decanus et Collegii Dormano-Bellovaci Gymnasiarcha.

Natus erat anno 1676 in Diocesi Remensi in pago, vulgo Buzancy, anno 1701 admissus inter Professores Collegii Dormano-Bellovaci humaniores

G. DE PARIS P.P. EXTR. I. SOL. 4. D. LAF.

litteras docuit. factus ejusdem Collegii Primarius anno 1713 illud ad mortem usque Summâ cum laude rexit. Rector Universitatis fuit a die 10ª Octobris 1718 ad diem decimum Octobris 1720; deinde a die 16 Decemb. ejusdem anni, ad diem 23 Junii 1721. eo Rectore cœpit gratuita esse juventutis ad liberales artes institutio in omnibus artium facultatis Scholis, auctis in eam rem regiâ liberalitate Professorum Stipendiis. quantum in omni politioris litteraturæ genere excelluerit testantur plurimæ, quas in Universitate habuit, latinæ orationes et varia carminum genera quæ scripsit, tum sacra tum profana, quorum quæ sacra sunt, ab Ecclesia Parisiensi fuerunt pleraque adoptata, in quibus non minus elucet Christiana Pietas quam sana et sincera elegantia. eo duce ac Primario per annos sex et trigenta Collegium Dormano-Bellovacum maxime floruit et multitudine discipulorum et diligenti ac rectâ eorumdem sive ad litterarum studia sive ad bonos mores pietatem que institutione. paucis antequam moreretur Mensibus de suo donavit certos ac perpetuos reditus, unde præmia litteraria non ita pridem instituta ad excitandam juventutis academicæ emulationem augeantur; adeo se boni publici studiosum et amantem ad extremam usque vitam omni ratione præstitit! Quo die elatus est, scilicet die 22 Junii, exequias ejus deduxerunt amplissimus Rector et quatuor Procuratores eodem omnes habitu, quo sedere solent in academico Tribunali. funebre Pallium tulerunt quatuor novissimi Rectores nigrâ induti togâ cum Epomide violaceâ, prosequente ingenti virorum omnium ordinum ac præcipue Magistratuum multitudine.

Hamelin Rector

23. Jun. Anno dñi 1749 die vigesima tertia mensis Junii habita sunt Comitia generalia præclaræ artium facultatis in Maturinensi.

Hubert. Factâ ab amplissimo Rectore supplicandi licentiâ, supplicarunt, Petrus Hubert, presbyter Parisinus, in artibus Magister ut ē nominibus suis detrahatur cognomentum Desaunay tum in litteris Magisterii, tum in aliis in omnibus actis quibuscumque academicis;

Doches. Cantianus-Andreas Doches Clericus Senonensis, ut ne sibi noceat quod nominibus suis non præmiserit nomen Cantiani in priore Logicorum Catalogo;

Godart de Belbeuf. Anna-Petrus Godart de Belbeuf, Subdiaconus Rotomagensis, ut ne sibi noceat, quod nomen gentilitium Godart omiserit, scripserit que se Rotomagæum non Rotomagensem, et censeatur in omnibus actis quibuscumque academicis scriptus Anna-Petrus Godart de Belbeuf Rotomagensis;

Le Rat. Joannes-Baptista le Rat, Diac. Rotomagensis, ut immunis fiat a describendis lectionibus Philosophicis, ob insignem et habitualem pectoris infirmitatem, testante M. Meusnier Doctore Medico Parisiensi;

Lallemant. Ricardus-Xaverius-Felix Lallemant clericus Rotomagæus, ut immunis pariter fiat a describendis lectionibus philosophicis ob insignem etiam pectoris debilitatem, testante eodem M. Meusnier;

Veron. Petrus-Philippus Veron, ut immunis quoque fiat a describendis lectionibus philosophicis, ob insignem pectoris et

et pulmonum laborem, testante M. Meusnier, Doctore Medico Parisiensi.

Audito de his Supplicibus M. Le Neveu Syndico Amplissimus Rector demisit Nationes ad deliberandum de Supplicibus confirmandosq; Quatuor viros, Simulque petiit rata et grata haberi quæ gessit in Suo trimestri Magistratu litteras que sibi decerni commendatitias.

Dimissæ Nationes ac deinde regressæ retulerunt se Supplicibus omnibus indulgere. rata et grata habere quæcumque gessit Amplissimus Rector in Suo trimestri Magistratu litteras que ipsi eo nomine decernere commendatitias, confirmatos a se quatuor viros mane electos, scilicet in honorandâ Natione M. Petrum Germin, Retoricæ Professorem in Montano: in fidelissimâ M. Joannem Kervelle humanitatis Professorem in Sorbonæ-Plessæo: in venerandâ M. Maupas, Grammaticæ Professorem in Lexovæo: in constantissimâ M. Dathon virum Procuratorium.

Quatuor viri, dicto prius Solemni Sacramento, ut moris est, in Conclave se contulerunt, unde digressi per M. Germin retulerunt, se fasces Rectorios unanimi consensu prorogasse Amplissimo viro M. Paulo Hamelin Rectori. quæ prorogatio statim a singulis Nationibus confirmata est.

Et ita Conclusit Amplissimus Rector.

Hamelin Rector

5. Jul. Anno dñi 1749 die quintâ mensis Julii habita sunt Comitia ordinaria Deputatorum Universitatis apud Amplissimum Rectorem in Mazarinæo, quibus in Comitiis primum interfuit M. Blasius Messier, Licent, Theologus, novus Picardicæ Nationis Procurator.

Nullus accessit Supplex.

1°. Lecta et recognita sunt quæ fuerant acta et statuta in Comitiis Ordinariis tum mensis Maij, tum mensis Junji.

2°. Nominavit Amplissimus Rector, qui legant et expendant concertatorias Scholasticorum Scriptiones ad proximam præmiorum distributionem, In Rhetoricâ, Mgros Piat, fromentin, Crevier et Lallemand; In Secundo Ordine, Mgros Carolum Lebeau Le Roy, Lebel et Batteux. in tertio vero, Mgros viel, Maltor, Guimbert et adam. Placuit eam nominationem probari.

3°. Quod lectus est Libellus Supplex, quo Duacensis Universitas a Rege postulat communicari secum non solum jura communia, quæ Gallicanis Universitatibus in beneficia Ecclesiastica per Concordata tribuuntur, sed et privilegia Specialia, si quæ Universitati Parisiensi Concessa sunt ac præsertim privilegium, quod vocant, Septennii, quod qu multa in eo Libello occurrerunt, in contumeliam Universitatis Parisiensis dicta, aut in ejusdem detrimentum petita; Placuit hunc Universitatis Duacensis libellum refelli, eamque in rem libellum memoriolem parari et Illustrissimo Galliæ Cancellario porrigi.

4°. Quod dictum est aliquot Picardicæ Nationis Magistros non-

G. DE PARIS P.P. EXT. 1. SOL. D. LAF.

-Regentes obtinuisse Decretum Supremi Senatûs, quod vocant, prohibitorium, adversus Conclusionem nuper factam, quâ præfata natio Statuit, sub beneplacito Curiæ et de consensu Tribunalis academici, ut deinceps pro duobus Quæstoribus, quales habuit ab anno 1738, unicum tantum habeat, eadem nempe conditione, quâ duo illi priores fuerunt, Placuit Mandari meritissimo Syndico, ut unâ cum Picardicâ Natione curet a Supremo Senatu confirmari tam dictæ Nationis, quam Tribunalis academici, Conclusiones

5°. Quod dixit fidelissimus Quæstor, opus esse primario venditionis instrumento illius Soli, in quo exstructa est domus, quæ nunc appellatur et inscribitur l'hostel de Pont, illud autem instrumentum in Chartophylacio Universitatis non reperiri, Placuit adiri Notarium, a quo primæ illius venditionis tabulæ asservantur, et secundarium earum exemplum comparari.

6°. Ad proximam præmiorum distributionem, Placuit eam diem dici, quam amplissimo Rectori et Illustrissimo Senatûs Principi visum fuerit.

Et ita Super his capitibus Sex, audito prius Super Singulis M. LeNeveu Syndico, Conclusit amplissimus Rector./.

Hamelin Rector

2. Aug. Anno dñi 1749 die Secundâ augusti habita sunt Comitia ordinaria Deputatorum Universitatis apud amplissimum Rectorem in Mazarinæo.

I°. Supplicarunt pro litteris nominationis jure Magisterii artium et Quinquennii M.M. Armandus-Isaacus de Saint Martin, acolythus Boloniensis, Anna-Petrus Godart de Belbeuf, Diaconus Rotomagensis, Augustinus Drouart de Lezey Subdiaconus Metensis, Antonius-Christophorus Malbaux Diaconus Atrebas, Antonius Arcais, Diaconus Mimatæus, f. Augustinus Walker Castrensis presbyter Anglobenedictinus, Adrianus Graine Diaconus Rotomagensis, Adamus-Josephus-Otho de Retz de Pelamourgue, Diaconus Mimatensis, Antonius-Josephus-Marca Palerne acolythus Parisinus, Augustinus Sibille, presb. Tricassinus, Benedictus Allant Subdiaconus Claromontanus, f. Benedictus Catterall Castrensis, Diaconus Anglobenedictinus, Claudius Guignier, Diaconus Æduensis, Claudius Recoquillié, Diaconus Lemovix, Carolus-Hubertus de Sain Just, Clericus Boloniensis, Claudius Vestu presbyter Æduensis, Claudius Villain, clericus Bellovacus, franciscus ~~Kerh~~ Keruhel, Diaconus Cornubiensis, franciscus Desribes Chevalion acol. Claromontensis, franciscus-Augustinus Lair de la motte, Cleric. Cenomanensis, franciscus-honoratus-Antonius Vallot, celeric. Bellovacus, franciscus Grenier, acol. Parisinus, Georgius-Ludovicus Charpentier, Subdiac. Parisinus, Gaspardus-Cæsar-Carolus Cuisin de Montal Subdiac. Catalaunus, Hieronymus Guyot, cleric Noviomensis; Honoratus Palyart

Subdiac Ambianus, Jacobus Bidel, Clericus Sagiensis, Joannes Richer, Cleric. Carnotensis; Joannes-Baptista Roger, presb. Lingonensis; Joannes-Baptista Papillon, Subdiac. Parisinus; Joannes-Maria-andreas, acolyth. Lugdunæus; Joannes-Ludovicus Rousselot Diac. Senonicus; Joannes-Baptista-franciscus Cochin subdiac. Parisinus; Joannes-Thomas Feart presb. Remensis; Joannes Carolus Chomel, Diac. Parisinus; Joannes-Baptista-Carolus Astier, Diac. Forojulius; Joannes-Baptista-Maria Wallet presb. Sussionensis; Jacobus Claye, Clericus Carnontensis; Joannes-Baptista-Audomarus de St. Just cleric. Boloniensis; Josephus-Bernardus Ternisien, Diac. Ambianensis. — Joannes Du Chemin, Diac. Æduus; Joannes-Baptista Barou-Piron Subd. Lugdunensis; Joannes-Baptista Desjardin, Diac. Ambianus; Joannes-Baptista-Petrus Crommelin, acolyth. Noviomensis; Joannes-Antonius Mahieu, acolyth. Parisinus; Joannes-Baptista Henry, Subdiac. Catalaunensis; Josephus-Hyacinthus Boisson, cleric. Bizuntinensis; Josephus Saint Joire, Subd. Tullensis; Josephus Dret, Diac. Tricassinus; Joannes Saincton, Diac Venetensis; Joannes-Baptista Desplasses, subd. Parisinus; Ludovicus-Antonius Le Vacher, Diac. Ebroicensis; Ludovicus Bonnet, cleric. Carnotensis; Ludovicus-Nicolaus Maudoux, Diac. Parisinus; Ludovicus-Thibault Desbois, Acol. Cenomanensis; Ludovicus-Joannes Coulombat, diac. Sagiensis; Ludovicus-Maria De Croix, presb. Boloniensis; Ludovicus Le Cornué, acolyth. Cenomanensis; Ludovicus-Antonius Moreau, acol. Lingonensis; Michaël Seigneur, diac. Cenomanensis; Michaël Basseville, Diac. Ambianus; Michaël Rabusson, diac. Claromontensis; Norbertus-Bernardus-Sauvaige, presb. Laudunensis; Petrus-Simon Stievenard, presb. Cameracensis; Petrus-Carolus Rousset, Diac. Senonensis; Philibertus Le Nain, Subd. Catalaunus; Petrus Guerillon, diac Rotomagensis; Petrus-Jacobus de Condé, subd. Parisinus; Romanus de Lebeau de Montour, Diac. Vasatensis; Renatus Proust, diac. Carnotensis; Rochus-Josephus Le Grand, presb. Audomarensis; Robertus Barbé, diac Bajocensis; Rollandus Le Riche, acol. Parisinus; Stephanus-franciscus Frigard, subd. Ebroicensis; Stephanus Debros de St. Laurent, acol. Mimatensis; Stephanus-antonius Guinard, acolyt. Parisinus; Vincentius Plet Diaconus Sagius. De his retulit M. Le Neveu, Syndicus, ac dixit, se vidisse tum eorum litteras Magisterii, tum Professorum, quos audierunt, testimonia, quibus constat quinquennium academicum fuisse ab iis rite Confectum; cætera que instrumenta ad hanc Supplicationem requisita; in quibus omnibus nihil desiderari, præterquam quæ sequuntur. Georgius-Ludovicus Charpentier, nomini suo gentilitio male adjecit, de Courbon in actis Academicis; Honoratus Palyart, male quoque adjecit cognomentum de la haye, Antonius Arcais, scripsit se Mimatensem pro Mimatæo; Gaspardus-Cæsar-Carolus Cuisin de Montal et Antonius-Christophorus Malbaux litteras clericalis Tonsuræ non exhibuerunt. Claudius Recoquillé scriptus est in litteris tonsuræ Recoquillé; franciscus Desribes Chevalion, scriptus est in litteris tonsuræ Deribes, non Desribes. Audito meritissimo Syndico, Placuit, Sua præfatis Supplicibus postulata concedi; non ante tamen expediri litteras iis, qui a meritissimo Syndico excepti sunt, quam nomina Sua emendari curaverint sive in actis academicis, sive in litteris clericalis Tonsuræ.

G. DE PARIS P.P. EXTR. I. SOL. 4. D. LAF.

2°. Lecta et recognita sunt, quæ fuerant in superioribus Comitiis acta et statuta.

3°. Quod Sapientissimus Magister De Lorme, Theologicæ facultatis Syndicus, idemque Sorbonæ Senior, Decani personam in Academico Tribunali gerens, dixit, electum esse a Collegio Sorbonico Eminentissimum Cardinalem de Tencin in Sorbonæ Provisorem, loco Serenissimi Cardinalis de Rohan, nuper demortui; se Societatis Sorbonicæ nomine rogare, ut pro vetere instituto Amplissimus Rector cum Academico Tribunali se in ædes Sorbonicas, quo die visum illi fuerit, conferat, illam electionem confirmaturus; De ea re, Placuit, annui postulationi Sorbonicæ Societatis, et in eam rem assignari, diem hujus mensis vigesimum-primum.

4°. Lectus et Probatus est libellus memorialis ab Universitatis Scribâ confectus ad tuendam Universitatis Parisiensis dignitatem adversus libellum Supplicem ab Universitate Duacensi Illustrissimo Galliæ Cancellario porrectum. Placuit, eum libellum memorialem eidem Illustrissimo Cancellario quamprimum offerri

5°. Placuit, deinceps in distribuendis præmiis Academicis eumdem inter Rethores ordinem servari in quolibet scribendi genere, ita Veteranorum haberi rationem, ut etiam in vertendo sermone græco, duo semper præmia Recentioribus assignentur.

6°. Quod dixit Amplissimus Rector, In Domo Academicâ murum quemdam fuisse nuper ruinæ adeo proximum, ut nullas moras pati posse videretur; se protinus de Architecti sententiâ illuc immisisse Latomos, qui impendenti malo subvenirent. Dictum est recte et ordine Amplissimum Rectorem fecisse.

7°. De Hubantinâ domo in vico Amygdalino sitâ, quæ a duobus et amplius annis strata jacet ac dirutâ, dixit Meritissimus Syndicus, factam esse rerum in eâ faciendarum accuratam descriptionem cum pretii æstimatione ad mentem conclusionis in Academico Tribunali factæ die 5ª aug. 1747 de opere suscipiendo et conficiendo, atque etiam de Solutionis ratione ac modo initam esse pactionem cum Dño Bourgeois architecto; his que accessisse Supremi Senatus authoritatem: quæ omnia cum legisset meritissimus Syndicus, Placuit, ea approbari, et præfato Syndico mandari, ut opus, quam primum fieri poterit, inchoari curet, et in consilium subsidiumque adhibeat Mgrum Morin Normanicæ Nationis Exprocuratorem.

8°. Dixit Amplissimus Rector, Illustrem Abbatem D. de harcour postulare domum Academicam Sangermanam sibi suæque familiæ per amphiteusim alienari, oblata Summâ quinquies mille libellarum per omne dictæ amphiteusis tempus annuatim pensitandâ, paratum etiam Summam quadraginta millium libellarum, sine ullo repetitionis jure, sive ad renovandam sive ad ornandam dictam domum, impendere. Dictum est consultum iri peritos.

9°. Dixit Amplissimus idem Rector, se de Illustrissimi Senatus Principis Sententiâ Solemnem præmiorum Academicorum distributionem indixisse ad diem hujus mensis quartum, Placuit, id ratum haberi. Et ita Super his omnibus Capitibus, audito prius Super Singulis

M.Le

M. Le Neveu Syndico, conclusit amplissimus Rector./.

Hamelin Rector

4. Aug. Anno dñi 1749 die quartâ mensis Augusti, congregata est Universitas in Majoribus Sorbonæ Scholis, ubi post habitam a v. C. francisco-Nicolao Guerin Eloquentiæ Professore in Sorbonæ Plessæo orationem, præmia academica, præsente Supremo Senatu, distribuit, hoc ordine

In Rhetoricâ,

Primum orationis latinè Scriptæ præmium inter Veteranos meritus et consecutus est Antonius Thomas, Claromontanus, ê Collegio Lexovæo.

Secundum inter veteranos meritus et consecutus est henricus Racine, Meduntensis, ê Collegio Grassinæo.

Primum ejusdem orationis latinè Scriptæ præmium inter Recentiores meritus et consecutus est Joannes-Baptista Dubosc, Rothomagæus, ê Collegio Cardinalitio.

Secundum inter Recentiores meritus et consecutus est frodobertus Patris, Tricassinus, e Collegio Grassinæo.

Proxime accesserunt Eugenius-franciscus du Bruch, San-valericanus, Coll. Grassin. Nicolaus-andreas de Loche, Remensis, reg. Navarr. Constantius-Maria Cosme, Rothomagensis, Collg. Cardinal. Edmundus Chevignard de Saint-vivant Collg. Dorm-Bellov. Carolus-alexander de Calonne, Duacensis, Colleg. Mazar. Antonius-franciscus du Laurent, Ponticeriensis Colleg. Grass.

Primum orationis Gallicè Scriptæ premium meritus et consecutus est inter Veteranos idem Antonius Thomas, Claromontanus, e Collegio Lexovæo.

Primum ejusdem orationis præmium inter Recentiores meritus et consecutus est Carolus-Alexander de Calonne, Duacensis, e Collegio Mazarinæo.

Secundum inter Recentiores meritus et consecutus est Antonius Guyot, Lingonensis, e Collegio Sorbonæ-Plessæo.

Proxime accesserunt Petrus-Claudius Malvaux, Remensis, ê reg. Navarr.; Franciscus-Ludovicus le Riche, ambianus, e reg. Navarr., Joannes-Baptista Dubosc, Rotomagæus ê colleg. Cardinal. franciscus Mauduit, Constantiensis Colleg. harc. henricus Racine Meduntensis, Colleg. Grass. Antonius-Cazimirus-adrianus-Polycuctus de la motte de Thibergeau Rupellensis, Colleg. Dorm-Bellov.

Primum Carminis latine Scripti præmium inter Veteranos meritus et consecutus est idem Antonius Thomas, Claromontanus, e Collegio Lexovæo.

Primum inter Recentiores præmium meritus et consecutus est idem Joannes-Baptista Dubosc, Rhotomagæus, ê Cardinalitio.

Secundum inter Recentiores præmium meritus et consecutus est Achilles-Antonius-Joannes Mauflastre, Parisinus, ê Collegio Grassinæo.

Proxime accesserunt Joannes-Antonius-hilarius Duny, Bur=

DE PARIS P.P. EXTR. I. SOL. D. LAF.

=digalaeus, e Colleg. Mazar. henricus Racine, Meduntensis e Colleg. Grass. Carolus-Vincentius Duplaquet, Noviomensis, Colleg. Mazar. Antonius Guyot, Lingonensis Colleg. Sorb-Pless. Constantius-Maria Cosme, Rhotomagensis, Collg. Cardin. franciscus Martine ê reg. Navarr.

Primum orationis graecae in Gallicam conversae praemium meritus et consecutus est franciscus Mauduit Constantiensis ê Collegio Harcuriano.

Secundum meritus et consecutus est idem Carolus-Alexander de Calonne, Duacensis, e Collegio Mazarinaeo.

Proxime accesserunt Petrus-franciscus de la Jourdonniere, Lavallaeus e Colleg. Grass. Antonius Thomas Claromontanus Collg. Lexov. Carolus-Vincentius Duplaquet, Noviomensis, Collg. Mazar. Antonius-Cazimirus-adrianus-Polieuctus de la Motte de Thibergeau, Rupellensis. Collg. Dorm-Bellov. frodobertus Patris Tricassinus e. Collg. Grass. Edmundus Chevignard de Saint-vivant Collg. Dorm. Bellov.

In Secundo Ordine,

Primum orationis gallicae in latinam conversae praemium meritus et consecutus est Matthias-Bernardus-Goudin, Parisinus e Collegio Mazarinaeo.

Secundum meritus et consecutus est Ludovicus-Alexander-Augustinus Acheney, Carnutensis e Collegio Mazarinaeo.

Proxime accesserunt Petrus-Matthias Charbonnet, Tricassinus, e Collg. Mazar. Ludovicus-franciscus Revers, constantiensis reg. Navarr. Stephanus Porquet, Collg. harc. Petrus-Antonius, Dambesieux, Anglus, Collg. Lexov. Petrus Michel, constantiensis, collg. harc.

Primum carminis latine Scripti praemium meritus et consecutus est Petrus-Matthias Charbonnet, Tricassinus e Collegio Mazarinaeo.

Secundum meritus et consecutus est Carolus-Hubertus Moreau, Parisinus e collg. Lexovaeo.

Proxime accesserunt Petrus-Antonius la Roche, Parisinus Collg. Lexov. Carolus-Augustus-Ludovicus-Bernardus Le Sueur Rhotomagensis collg. Lexov. Petrus Jacquin, collg. Pless. franciscus-Claudius Mauriceau, Parisiensis Collg. Grass. Matthias-Bernardus Goudin, Parisinus, Collg. Mazar. Alexander-Claudius le jau de Chamberjot, Parisinus collg. dorm. bellov.

Primum orationis graecae in gallicam conversae praemium meritus et consecutus est Renatus Binet, Bellovacensis, e collegio Sorbonae-Plessaeo.

Secundum meritus et consecutus est Joannes-franciscus-Monlien de L'armenerie, e collegio Harcuriano.

Proxime accesserunt Matthias-Bernardus Goudin Parisinus Collg. Mazar. Jacobus-Guillelmus de Chateauneuf, Burdigalensis Collg. Mazar. Dyonysius-Jacobus favier, Parisinus. Collg. Grass. Petrus

Jacquin, Collg. Sorb-Plss. Ludovicus-Alexander-Augustinus Achery, Carnutensis, Collg. Mazar. Joannes-Baptista-Victor Le Bon Parisinus, Collg. Graff.

(Duo præmia quæ sequuntur, adjecit et instituit vir de academia Parisiensi, et de re litterariâ præclare meritus Magister Carolus Coffin, antiquus Rector, et Collegii Dormano-Bellovaci, dum viveret, Primarius.)

Primum Orationis Latinæ in gallicam conversæ præmium meritus et consecutus est idem Matthias-Bernardus Goudin, Parisinus e Collegio Mazarinæo.

Secundum meritus et consecutus est Ludovicus Gaultier de la Pommeraye, Bituricensis, e Collg. Sorbonæ-Plessæo.

Proxime accesserunt Ludovicus-Franciscus-Revers, Constantiensis, reg. Navarr. Jacobus-Guillelmus de Chateauneuf, Burdigalensis, Collg. Mazar. Franciscus-Joannes-Baptista-Maximilianus le Rasle, aurelianensis, Collg. Graff. Ludovicus-Alexander-Augustinus Achery, Carnutensis, Collg. Mazar. Petrus Boulanger, Parisinus, Collg. Barc. Joannes-Franciscus Monlien de Lavmenevie Collg. Barc.

In tertio Ordine

Primum Orationis gallicæ in Latinam conversæ præmium meritus et consecutus est Carolus Dinet, Parisinus, è Collegio Graffinæo.

Secundum meritus et consecutus est Petrus-Patricius Belletier, Parisinus, è Collegio Dormano-Bellovaco.

Proxime accesserunt Carolus-Nicolaus Raison San-Quintinæus e Collegio Montis-acuti. Ludovicus-Antonius Dubois Bellovacensis collg. mont-ac. Ludovicus Allon, Bellovacus, è collg. Barc. Daniel-Ludovicus Phelippes de la Mavinieve, Parisinus, collg. Dorm-Bellov. Claudius-Jacobus Adam collg. Barc. Franciscus Moore, Dubliniensis, collg. Lexov.

Primum Orationis Latinæ in gallicam conversæ præmium meritus et consecutus est Marcus-Antonius-Alexander-Achilles Myerne, e Collegio Sorbonæ-Plessæo.

Secundum meritus et consecutus est Antonius-Petrus, Dupré de Saint-Maur, Parisinus, e Collegio Dormano-Bellovaco.

Proxime accesserunt Ludovicus-Josephus de Calonne, Duacensis, collg. Mazar. Guillelmus-Carolus Lorite, Parisiensis, reg. Navarr. Carolus Dinet Parisinus collg. Graff. Petrus Besu de Vallolive, collg. Sorb. Plss. Antonius Leflamand, Parisinus, collg. Graff. Claudius-Antonius-Emmanuel Laurens Collg. Barc.

Primum Orationis græcæ in gallicam conversæ præmium meritus et consecutus est Guillelmus-Carolus Lorite, Parisiensis e regiâ Navarrâ.

Secundum meritus et consecutus est idem Antonius-Petrus Dupré de Saint-Maur, Parisinus, e collegio Dormano-Bellovaco.

Proxime accesserunt Joannes-Baptista Gilles, Parisinus, reg. Navarr. Franciscus-Ludovicus Lagny, Parisinus, reg. Navarr. Ludovicus-Josephus de Calonne, Duacensis collg. Mazar. Vitalis Faucounnier collg. Sorb-Plss. Ludovicus-Alexander Bunetat, Parisinus, collg. Dorm-Bellov. Joannes Dupuis collg. Sorb-Plss.

14. Aug. Anno Dñi 1749 die decimâ quartâ augusti habita sunt comitia generalia proclavæ artium facultatis in Maturinensi.

Electi sunt octoviri ad probandos Licentiandos in artibus a meritissimis Cancellariis designati, nimirum in bon. Nationes MM. Petrus-Maturinus Vaillant, Bacc. Theolog. et Alexander-Hyacinthus Duclauvent, Philosophiæ Professor in reg. Navarræ in fidelissi. MM. Michael-franciscus Le bel, Rhet. Prof. in Mazar. et Petrus Le Sellyer, Grammat. Prof. in Cardinali in Venerandâ MM. Dominicus Morin, Grammat. Prof. in Cardinal. et franciscus Le mercier Licent. in utr. jure. in Constantissimâ M. King et M. Daton Lic. Theol.

Dimissa ab amplissimo Rectore Nationæ ad deliberandum ac deinde regressa retulerunt electos âse fuisse ad examen Licentiandorum in artibus tum apud B. Mariam tum apud B. Genovefæn eosdem octo Magistros qui fuerunt a meritissimis Cancellariis designati, et ita concluxit amplissimus Rector.

Et statim novi examinatores ad pulpitum vocati juramentum dixerunt inter amplissimi Rectoris manus.

Digressis Procancellariis, Supplicarunt Ludovicus-franciscus de Freylon de la freylonniere, clericus Nannetensis, ut ne sibi noceat, quod in posteriore Logicorum Catalogo scripserit se Redonensem et cognomentum de la freylonniere omiserit: Joannes hyacinthus Colin de la Biochaye, Diac. Nannetensis, ut ne sibi noceat quod scripserit de la Biochais, non de la Biochaye in utroque Logicorum Catalogo: Josephus de Malu de la vedrine, diac. Clavomontensis, ut ne sibi noceat quod in priore Physicorum Catalogo cognomentum de la Vedrine omiserit; Anna-alexander-Ludovicus Pain, clericus Rotomagensis ut ne sibi noceat, quod nomen anna omiserit in utribus Prioribus Catalogis; Joannes-Baptista-Pascalis-Theophrastus Le Seq, clericus Lingonensis, ut ne sibi noceat, quod in priore Logicorum catalogo nomina Pascalis et Theophrastus omiserit; Gaspardus-Casar-Carolus Cuisin de Montal, Subdiac. Catalaunensis, ut ne sibi noceat, quod omiserit particulam de in inscribendo suo nomine sive in Catalogis sive in aliis actis quibuscumque academicis; Joannes-henricus-hyacinthus de Misman, clericus Biterrensis, ut ne sibi noceat, quod omiserit nomen Joannis in Catalogis; alexander-Tussanus Prevost d'auvicourt clericus Bellovacensis ut ne sibi noceat, quod nomina sua, inverso ordine, Tussanum-Alexandrum inscripserit, item nomen gentilitium, Prevost, scripserit sine littera S, denique quod omiserit cognomentum d'auvicourt; Georgius-Ludovicus Charpentier, Subdiac. Parisinus in artibus Magister, ut ne sibi noceat, quod nomini suo gentilitio adjecerit cognomentum de Courbon, sive in Catalogis sive in aliis actis quibuscumque academicis, honoratus Palyart Subdiac. ambianus, in artibus Magister, ut ne sibi noceat quod nomini suo gentilitio adjecerit cognomentum de la haye, sive in catalogis sive in aliis actis quibuscumque academicis; Joannes-adeo-Raymundus du Boisgelin de Cuce, clericus Redonensis, ut ne sibi noceat, quod in Catalogis scripserit se Redonensem;

de Freylon de la freylonniere.

Colin de la Biochaye.

de Malu de la vedrine.

Pain.

Le Seq.

Cuisin de Montal.

de Misman.

Prevost d'auvicourt.

Charpentier.

Palyart.

du Boisgelin de Cuce.

Henry. Julianus Henry, Subdiac. abrincinus in artibus Magister, ut ne sibi noceat, quod se scripserit abrincensem sive in Catalogis, sive in aliis actis quibuscumque academicis; Joannes Ludovicus Maillard

Maillard. cleric. Parisinus, ut ne sibi noceat, quod in posteriore Logicorum catalogo nomen inscribere non potuerit, morbo scilicet tunc temporis impeditus, testante ipso amplissimo Rectore, cujus lectiones excepit.

Audito de his Supplicibus M. Le Neveu Syndico, amplissimus Rector ad deliberandum, Nationes dimisit, quæ quidem regressæ retulerunt se omnibus Supplicibus indulgere.

Et ita Conclusit amplissimus Rector.

Hamelin Rector

21. Aug. Anno Dñi 1749 die vigesimâ primâ Augusti, horâ post meridiem tertiâ Academicum Tribunal convenit in Sorbonæ Scholas exteriores unde paulo post a binis doctoribus Sorbonicis deductum est ad ipsum Sorbonæ Collegium. Amplissimus Rector et Deputati academici eo habitu erant quo solent esse in comitiis tribunalis Academici ordinariis. ingredientibus obviam honoris causâ prodiere plurimi ex antiquioribus Sorbonicis et prosecuti sunt ad aulam usque majorem, in quam convenerant Patres Sorbonici et plurimi etiam extranei. Amplissimus Rector consedit medius in brachiatâ sede ad mensam oblongam in extremâ aulæ parte positam et tapetibus instratam. habuit in sedilibus pariter brachiatis assidentes, ad dextrum quidem latus venerabiles DD. archidiaconum Parisiensem, Cancellarium B. Mariæ, Medicinæ Decanum Picardiæ et Germaniæ Procuratores: ad Sinistrum autem Venerabiles DD. Theologiæ et jurium Decanos, Galliæ et Normanniæ Procuratores cum meritissimo Universitatis Syndico. in Sinistrâ parte posita erat minor mensa, ad quam sedebant Universitatis scriba et Quæstor generalis.

Priusquam autem comitia aperirentur Venerabilis vir D. Regnauld Archidiaconus Parisiensis legit contestationem tam suo, quam meritissimi B. Mariæ nomine consignatam cujus hic est tenor

Nous Nicolas Regnauld, Pretre docteur en Theologie de la faculté de Paris, Chanoine et archidiacre de l'Eglise de Paris, Et Nicolas-Bonnaventure Thierry, Pretre, docteur de la maison et Societé de Sorbone, Chanoine de l'Eglise de Paris, et Chancelier de l'Eglise de Paris et de l'Université de Paris, attendu que dans quelques unes des assemblées tenues cy devant pour elir ou confirmer l'election de MM. les Proviseurs de Sorbonne et toujours composées de l'Archidiacre et du Chancelier de l'Eglise de Paris, du Recteur et autres principaux membres de l'Université, Monsieur le Recteur de la ditte Université a contesté la préséance a nos predecesseurs et a pretendu etre nommé le premier par l'Orateur de la Maison de Sorbone, parler le premier avant eux, mettre en deliberation et conclure ainsi qu'il a coutume

G. DE PARIS P.P. EXTR. I. SOL. 4. D. LAF.

de faire dans les assemblées de L'Université, Nous croions devoir declarer, que nous ne nous departirons jamais du droit de préséance pretendu par nos Prédécesseurs; Premierement parceque le dit droit doit nous appartenir a raison des dignités dont nous sommes revêtus; Secondement parceque le testament du fondateur de Sorbone et la Bulle de Clement quatre, donnée en consequence, nous attribue incontestablement le droit de préséance, par l'ordre et le rang qu'il nous donnent entre les Personnes qui partagent avec nous le droit d'elire ou de confirmer; Troisiemement parceque dés la premiere election qui fu faitte apres la mort de Robert Sorbon, l'Archidiacre et le Chancelier de l'Eglise de Paris eurent la Préséance sur tous les autres confirmateurs, comme il appert par le Procés verbal d'election, qui fut dressé au nom de l'Archidiacre de Paris, et Scellé de son Sceau, pour servir de titre et de lettres de Provision au Proviseur élu: Sur quoi nous observons que des ces premiers tems, ou le sens de la Bulle devoit etre mieux entendu, on comprit que l'ordre dans lequel les electeurs et confirmateurs sont nommés par la ditte Bulle, fixoit leur rang et décidoit pour la preseance. Et afin qu'on ne puisse nous objecter, ni a nos Successeurs le parti que nous avons pris d'eviter dans l'assemblée presente, toutte contestation tumultueuse qui pourroit mettre obstacle a l'empressement de tous et chacun des confirmateurs, pour applaudir au choix qu'a fait la Maison de Sorbone de Monseigneur le Cardinal de Tencin Nous protestons contre tout ce qui pourra être fait au préjudice d'un droit si solidement etablit nous reservants a le faire valoir en temps et lieu, et par les voies qu'il appartiendra, dont et de tout ce que dessus nous demendons qu'il nous soit donné acte par la presente assemblée, et que notre protestation soit Inserée toute au long dans le procés verbal, qui sera dressé par le Greffier de L'Université, faisant de notre consentement ainsi que de celui des autres Confirmateurs la fonction de Greffier de la ditte assemblée. Fait dans la grande Sale de Sorbone le vingt-un.e jour d'aout de l'année mil sept cent quarante neuf. Signé Thierry Chancelier de l'Eglise et Université de Paris et Regnauld Archidiacre de L'Eglise de Paris.

Tum meritissimus Universitatis Syndicus M. Jacobus Vallette Le Neveu reclamavit, et ipse pro retinendo actuendo amplissimi Rectoris jure contestationem ex Scripto legit, cujus hic tenor sequitur:

Nous Jacques Vallette Le Neveu, Syndic de L'Université de Paris, quoique nous soions fort eloignés de vouloir troubler la paix et le bon ordre qu'on doit garder dans cet assemblée, cependant obligés par notre charge de soutenir et de deffendre les droits et l'honneur de l'Université, nous ne pouvons nous dispenser de faire toutes protestations contre le contenu dans l'acte dont lecture vient d'être

faitte, au nom de MM. les Archidiacre et Chancelier de l'Eglise de Paris. En effet il paroitra toujours extraordinaire quon pretende contester au Recteur, qui est le chef de l'Université la préséance et la primauté de l'apostrophe, dans un College qui fait partie de L'Université, et dans une Ceremonie qui est purement academique. C'est en vain qu'on allegue la disposition de la Bulle de Clement IV dressées dans un païs ou les usages et les rangs de l'Université de Paris n'etoient pas connus, rangs qui d'ailleurs ne dependent icy que de la puissance royale. aussi ne pouvons nous nous dispenser d'ajouter que de tems immemorial M. Le Recteur est en posession de presider aux assemblées qui se sont tenües jusqu'a present en semblables occasions. Pour ces raisons et autres a deduire en tems et lieu nous Protestons contre le refus qui pourroit etre fait par MM. les Archidiacre et Chancelier de l'Eglise de Paris d'adresser en deliberant la parole en premier lieu a M. Le Recteur, comme aussi contre le Contenu dans l'acte dont l'ecture vient d'etre faitte, de quoi Nous requerons acte pour l'Université, pour lui servir en tems et lieu a ce que de raison. /. Signé Vallette Le Neveu. 21 aoust 1749.

Lectis ac traditis hinc inde contestationum instrumentis vir Clarissimus M. Ribalier doctor ~~et Professor~~ Sorbonicus vices supplens Senioris, cujus ad latus dextrum sedebat, orationem exorsus est his verbis, Amplissime Rector, Ecclesiæ Parisiensis et academiæ Proceres. fusé et magnifié dixit de Serenissimo Cardinale de Rohan ultimo Sorbonæ Provisore nuper demortuo. deinde dixit copiose de Eminentissimo Cardinale Guerin de Tencin, a Sorbonica societate recens electo in Provisorem, postulavitque ejusdem Societatis nomine ut ea electio confirmaretur.

Tum amplissimus Rector argumentum idem elegantissimâ orationé retractavit ac demum sententias de postulatis ab oratore Sorbonæ rogavit hac formula, Clarissimi Utriusque ordinis Proceres postulo a vobis &c.

Primus dixit Sententiam Venerabilis Archidiaconus Parisiensis deinde meritissimus Cancellarius adhibitâ uterque hac formulâ, Ecclesiæ et Academiæ Proceres. Sententias deinde singulatim et ex ordine dixere Venerandi Theologiæ jurium et medicinæ Decani et ornatissimi Galliæ, Picardiæ, Normaniæ et Germaniæ procuratores, adhibitâ hac formulâ, Amplissime Rector Ecclesiæ et Academiæ Proceres.

Amplissimus Rector sic resumpsit, Clarissimi utriusq; ordinis Proceres, electionem Eminentissimi Cardinalis Guerin de Tencin in Provisorem Collegii Sorbonici Probatis Laudatis et confirmatis. Et ego vobiscum concludo.

Chancelier Rector

G. DE PARIS P.P. EXTR. I. SOL. 4. D. LAY.

30. Aug. Anno Dñi 1749 die trigesima Augusti habita sunt in antecessum Comitia ordinaria Deputatorum Universitatis apud amplissimum Rectorem in Collegio Dormano-Bellovaco, cujus factus est Primarius post obitum viri clarissimi M. Caroli Coffin.

1°. Supplicarunt pro litteris Nominationis jure Magisterii artium et Quinquennii MM. Hubertus Saunier, presb. Rotomagensis; Joannes Du Chemin, diac. aduus; Josephus Demalet de la Vedrine, diac. Claromontensis; Julianus Henry Subd. Abrincinus; Robertus-Gaspardus Monteuiuis acol. Boloniensis. De his retulit M. Le Neveu Syndicus, ac dixit, se vidisse tum eorum litteras Magisterii, tum Professorum, quos audierunt, testimonia, quibus constat quinquennium academicum fuisse ab iis rite confectum; cetera que instrumenta ad hanc Supplicationem requisita, in quibus omnibus nihil desiderari, nisi quod in litteris clericalis Tonsurae Joannis Duchemin, Scriptus est Duchemain, non, Duchemin. Audito Syndico, Placuit, Sua praefatis Supplicibus postulata concedi; non ante tamen expediri litteras Joannis Duchemin quam nomen Suum reformari curaverit in litteris clericalis Tonsurae.

2°. Ego Nicolaus Piat, Universitatis Scriba, postulavi Supplex, ut cum per aliquantum temporis rure agere tenear valetudinis causâ, universitas uti velit Sororis meae filio Henrico-Renato Collet, Grammaticae Professore in Collegio Dormano-Bellovaco, quemadmodum usa est duobus abhinc annis, ei que faciat potestatem et autoritatem actus academicos conficiendi et subsignandi. Audito M. Le Neveu Syndico, Placuit, haberi rationem meae postulationis; admitti Mgrum praefatum Collet ad gerendas scribae vices, ei que fieri potestatem actus omnes academicos, me absente aut aegrotante, conficiendi et subsignandi.

3°. Legit meritissimus Syndicus, formulam libelli Supplicis supremo Senatui offerendi, quo liceat pecuniam mutuo sumere ad reficienda Collegii Hubantini aedificia, Solis tibicinibus a pluribus annis sustentata, dato iis, qui pecuniam hanc credituri sunt, privilegio ante quoslibet alios Creditores, Visum est non alia ratione posse servari hujus Collegii reliquias, atque adeo ipsa veterum creditorum jura, quum iis sola collegii aedificia obstricta sint et oppignerata; Itaque Placuit approbari praefatum libellum Supplicem, eum que Supremo Senatui quamprimum offerri, curante praefato meritissimo Syndico.

4°. Placuit mandari Dño Courchant Procuratori forensi, ut pro suo officio sinat audiri rationes haeredum Mgri fontaine pro Collegio S. Michaelis denuntiatas a D. Joanne-Baptista Dufour haereditatis dicti Mgri fontaine Curatore.

5°. De academicâ domo Sanjacobaeanâ cujus partem anteriorem de integro refici necesse est, cum propter vicinam domum non possit aedificatio inchoari ante mensem Martium, Placuit, de Consilio D. de Blinieres, architecti, jam nunc eam partem tegulis tignis ac ruderibus exonerari, labantes muros et tabulata tibicinibus fulciri, donec aedificandi tempus advenerit.

6°. Placuit summam centum et quinquaginta libellarum amplissimo Rectori in manus tradi, quam apparitoribus suis aliisque, qui hoc anno ipsi in negotiis academicis privatim deservierunt, pro arbitrio suo dividat. Item Cursori academico trigenta libellas.

7°. Placuit, eidem cursori quatuor nummos aureos, id est, nonaginta sex libellas dari, quo sibi paret numisma aureum; quod numisma ad universitatem redibit, cum praefatus cursor ei deservire desierit.

8°. Visum est ad disciplinam academicam pertinere, ut fiat decretum, quod sequitur.

Decretum Universitatis.

Scribendo affuerunt Rector, Decani, Procuratores, Tribunal academicum in Dormano-Bellovaco III. Kal. sept. M. DCC. XXXIX.

Quod verba fecit amplissimus Rector, Querelas ad se non semel delatas de Scholasticis, qui, feriatis diebus, in publico illo et peramoeno ad sequanam Xysto, gallice Le Cours, dicuntur turbas movere ac tumultus, ipsis periculosos, honestis civibus, quos illic ambulandi voluptas ducit, molestos et graves: ni prava illa rixandi ac tumultuandi licentia comprimatur, non dubitandum, quin praefati Xysti aditu Scholastici publicâ autoritate prohibeantur. De eâ re, audito et requirente M. Le Neveu Syndico, seu procuratore generali, Placuit, mandari Paedagogis academicis et Magistris, quibus Puerorum Educatio, vel Custodia incumbit, ut quotiescumque alumnos suos vel discipulos extra urbem vel etiam extra domum ambulandi aut ludendi causa ire permiserint, ipsi eos comitentur, vel iis Custodes praeficiant viros idoneos, qui eos ab ejusmodi licentiâ contineant: Quod nî ficerint, ipsos suorum culpas praestituros. Et

Et ita super his octo capitibus audito prius super singulis M. Le Neveu Syndico, Conclusit amplissimus Rector.

Chamelin Rector

4. octob. Anno dñi 1749 die quartâ octobris habita sunt Comitia ordinaria Deputatorum Universitatis apud amplissimum Rectorem in Dormano-Bellovaco. Quibus in Comitiis primum interfuit S. M. N. Stephanus-Ludovicus Millet, novus Theologicae facultatis Syndicus, Decani vices in academico Tribunali gerens.

I°. Supplicarunt pro litteris Nominationis jure Magisterii artium et Quinquennii MM. Robertus-Andreas Drouet acol. Parisinus; Joannes-Baptista-Nicolaus Hazard diac. Lingonensis: Claudius Colin, acol. Parisiensis; Joannes-Antonius D'hostager, Cleric. Massiliensis; Joannes forest, subd. Tolosanus: Carolus-Antonius-Stanislaus Adam subd. Laudunensis; Guillelmus-Nicolaus Davollé subd. Parisinus; Joannes-Camillus Dubaud, acol. Parisinus; Claudius de Villers presb. Noviomensis; Michael-Ludovicus-Antonius-Gervaise, acol. Turonicus. De his retulit M. Le Neveu Syndicus, ac dixit, se vidisse, tum eorum litteras Magisterii, tum Professorum

REG. DE PARIS P.P. EXTR. I. SOL. 4. D. LAF.

quos audierunt, testimonia, quibus constat, quinquennium academicum fuisse ab iis rite peractum, cætera que instrumenta ad hanc supplicationem requisita, in quibus omnibus nihil desiderari. audito meritissimo Syndico, Placuit, sua præfatis supplicibus postulata concedi.

2°. Lectis et recognitis, quæ acta fuerunt et statuta in geminis mensis Augusti Comitiis, Placuit mandari typis et ubicumque opus fuerit, distribui Decretum academicum, quod die trigesima præfati mensis augusti factum est.

3°. Quod dictum est, in pluribus Ædium San-barbaranarum Caminis aut nullas dum positas fuisse laminas focarias, aut perfractas esse quæ olim positæ fuerant, Placuit novas apponi, ubicumque necesse fuerit, in culinis quidem ampliores ac validiores, minores in cameris.

4°. Placuit postulari a Venerabili abbate Monasterii S. Joannis de Vineis in Diœcesi Suessionensi, ut census annui nexum, quo ipsi affecta est domus dnæ desgranges, translatum in universitatem, tanquam dictæ domus emptricem, accipiat et agnoscat, hujusque acceptionis, seu translationis, instrumentum dari præfatæ dnæ Desgranges, ut sciat se ab eo nexu liberam esse ac plane solutam.

5°. Placuit indici diem hujus mensis octavum ad Sacras Universitatis Supplicationes.

Et ita super his quinque capitibus, audito prius super singulis M. Le Neveu Syndico, conclusit Amplissimus Rector./.

Chamelin Rector

8. Octob. Anno dni 1749 die Octava Octobris habita sunt in maturinensi Comitia Centuriata ad Sacras Universitatis Supplicationes

Primum in angulo concessum est, ubi supplicarunt pro litteris Nominationis jure Magisterii artium et Quinquennii MM. Augustinus-felix Charpentier, Subd. Senonensis et Joannes-Baptista Coquantia, diac. Senonensis. De his retulit M. Le Neveu Syndicus ac dixit se vidisse tum eorum litteras Magisterii, tum Professorum, quos audierunt, testimonia, quibus constat quinquennium academicum fuisse ab iis rite confectum, cætera que instrumenta ad hanc supplicationem requisita, in quibus omnibus nihil desiderari; Audito meritissimo Syndico, Placuit sua præfatis supplicibus postulata concedi.

Deinde ventum est in Comitium, ubi, postquam peroravit amplissimus Rector, omnes ordines academici rata et grata habuerunt quæcumque gessit in suo trimestri Magistratu litteras que ipsi commendatitias eo nomine decreverunt et amplissimum comitatum exhibuerunt rite procedenti ad ædem Deo sacram sub invocatione S. Andreæ ab arcubus.

Illic Pontificem egit M. Garguey Doctor Theologus. Sacram concionem ad populum habuit M. Riballier Doctor et ipse Theologus, Eucharisticam ad Pontificem M. Maltor humanitatis Professor in Dormano-Bellovaco.

Chamelin Rector

10. Octob.

Anno dñi 1749 die decimâ Octobris, habita sunt Comitia generalia præclaræ artium facultatis in Maturinensi.

Postquam peroravit Amplissimus Rector fecitque supplicandi potestatem, supplicarunt, Franciscus Poyet Claromontensis ut ab onere scribendi immunitas sibi concedatur ob frequentem capitis dolorem et attulit de eo testimonium viri Clarissimi Peaget doctoris Medici in Saluberrimâ facultate Parisiensi; antonius Joannes Seigneur Clericus Ambianensis, ut ne sibi noceat quod inverterit ~~priore utro~~ prænominum ordinem et in utroque Logicorum prænomen antonium omiserit. Renatus-Baltazar Alissan de Chazei Cleric. Parisinus, ut ne sibi noceat quod in uno e Catalogis scripserit se Parisiensem pro Parisinum. Joannes Seigneur Cleric. Ambianensis ut ne sibi noceat, quod in priore Physicorum Catalogo nomen patronimicum omiserit. Antonius-Joannes-Baptista Havet, Cleric. Ambianensis, ut ne sibi noceat quod inverterit prænominum ordinem et in utroque Logicorum catologo prænomen antonium omiserit. Philippus Ludovicus Villette cleric. Parisinus, ut ne sibi noceat, quod in utroque Logicorum catalogo scripserit se Ludovicum-Philippum, pro, Philippum-Ludovicum. Joannes-Guido Dubessey de Cotenson Diac. Lugdunensis ut ne sibi noceat quod in Catalogis philosophicis, litteris magisterii artium et actis academicis prænomen Guido, omiserit, postulat que ut in quibuscumq; actis academicis scriptum censeatur. Claudius Dyonysius Dubois acol. Parisinus, ut ne sibi noceat, quod nomini gentilitio adjecerit de la Palme, quod ut eximatur postulat. Amantius-Josephus Le Normant Despessergues clericus Rhutenus, ut ne sibi noceat, quod in uno e Catalogis philosophicis scripserit se Rhutenensem pro Rhutenum. Claudius Sebastianus Feuillet Cleric. Parisinus, ut ne sibi noceat quod in posteriore Physicorum Catalogo omiserit nomen patriæ, Parisinum. Jacobus-Augustinus Morice Cleric. Briocensis ut ne sibi noceat, quod in priore physicorum catalogo suum nomen desit, postulat que ut scriptum censeatur. Emmanuel-Franciscus de Bausset de Rochefort Cleric. ~~aquisextanus~~ Massiliensis, ut ab onere scribendi immunitas sibi concedatur, ob dolorem et debilitatem oculorum, affert que de eo testimonium M. Meunier Saluberrimæ facultatis Parisiensis doctor regens. Alexander Dubois Parisinus, ut ab onere scribendi immunitas sibi concedatur ob oculorum debilitatem, frequentes que defluxiones in eos decumbentes, affert que de eo testimonium viri celeberrimi M. Lorry Saluberrimæ facultatis Parisiensis doctor regens.

Poyet.

Alissan de Chazei.

Seigneur.

Havet.

Villette.

Dubessey de Cotenson.

Dubois.

Le Norman Despessergues.

Feuillet.

Morice.

(2)

de Bausset de Rochefort.

Dubois.

Audito de his supplicibus M. Le Neveu Syndico, Amplissimus Rector dimisit Nationes ad deliberandum de supplicibus confirmandos que quatuor viros, simulque petiit rata et grata haberi quæ gessit in suo trimestri Magistratu litteras que sibi decerni Commendatitias.

Dimissæ Nationes ac deinde regressæ retulerunt se supplicibus omnibus indulgere, rata et grata habere quæcumque gessit Amplissimus Rector in suo trimestri Magistratu; litteras que ipsi eo nomine decernere commendatitias, confirmatos â se quatuor viros mane electos, scilicet in honoranda Natione M. ~~Petrum Germain~~ Ott in Grammaticæ Professorem in Montano; in fidelissimâ M. Le Sellier, Exprocuratorem

R. DE PARIS P.P. EXTR. I. COL. 4. D. LA F.

et Grammaticæ Professorem in Cardinalitio, in Veneranda M. Le Mercier, Exprocuratorem, in Constantissimâ, M. Poinsart, Decanum.

Quatuor-viri, dicto prius solemni sacramento, ut moris est, in conclave se contulerunt, unde digressi per M. Ottin retulerunt, se fasces Rectorios unánimi consensu prorogasse Amplissimo viro M. Paulo Hamelin Rectori. quæ prorogatio statim a singulis Nationibus prorogata est.

Et ita Conclusit Amplissimus Rector.

Hamelin Rector

27. Octob. Anno Dñi 1749 die vigesimâ septimâ octobris, habita sunt Comitia generalia præclaræ artium facultatis in Maturinensi ad creandos Censores.

Hussey. Post habitam ab Amplissimo Rectore orationem, factâ supplicandi licentiâ supplicarunt Herbertus-Thomas Hussey, acol. Kerriensis, ut ne sibi noceat, quod nomen Thomas, omiserit in Catalogis.

De Douchet-Dupuis-Molinier. Leonardus-Bartholomæus de Douhet-Dupuis-Molinier, cleric. Lemovicus, ut ne sibi noceat, quod in catalogis omiserit nomen gentilitium de Douhet.

Audito M. Le Neveu Syndico, dimissæ ab Amplissimo Rectore Nationes ad deliberandum de supplicibus creandos que censores, retulerunt se supplicibus annuere; creatos autem a se fuisse censores, in honorandâ quidem Natione MM. Michaël Georget, Lic. in utroque jure, in fidelissimâ, M. Prophete, Lic. Theol. in Venerandâ, M. Maupas Grammaticæ Professor in Lexoviæo; in Constantissimâ M. Guerin eloquentiæ Professor in Sorbonæ-Plessæo.

Et ita Conclusit Amplissimus Rector.

Continuo accessere novi Censores et Sacramentum dixere inter manus Amplissimi Rectoris; quo facto, soluta sunt Comitia./.

Hamelin Rector

8. Novemb. Anno Dñi 1749 die octavâ Novembris, habita sunt Comitia ordinaria Deputatorum Universitatis apud Amplissimum Rectorem in Dormano-Bellovaco. Quibus in Comitiis primum interfuit vir ornatissimus M. Petrus Germain novus Gallicanæ Nationis Procurator.

1°. Supplicarunt pro litteris Nominationis jure Magisterii artium et Quinquennii MM. Blasius Sourtiat presb. Claromontensis; Vincentius-Maria Gallimard, cleric. Noviomensis, Henricus-Josephus Gottran, cleric. atrebatensis. De his retulit M. Le Neveu Syndicus, ac dixit, se vidisse, tum eorum litteras Magisterii, tum Professorum, quos audierunt, testimonia quibus constat quinquennium academicum fuisse ab iis rite confectum, cæteraque instrumenta ad hanc supplicationem requisita, in quibus omnibus nihil desiderari. Audito meritissimo Syndico, placuit sua præfatis supplicibus postulata concedi.

2°. Lecta sunt et recognita quæ fuerant in Suffragioribus comitiis acta et Statuta.

3°. Quod dixit vir clarissimus Salubérrimi ordinis Decanus, mense Septembri proxime elapso habitum fuisse apud Chirurgos actum publicum ad probationem unius e Chirurgis candidatis: eum autem actum eadem omnino forma fuisse habitum, qua solent publici actus in Universitate haberi, nimirum propositiones, quæ theses, fuisse in libello typis impresso Latine descriptas, in eo Libello designatum fuisse præsidem unum e Chirurgis, ac reipsâ in ipso actu pro Præside sedisse, examen autem factum fuisse, non per quæstiones, quod fieri solet in examinibus, sed per argumentationes, ut fit in publicis disputationibus, quæ in Scholis Universitatis habentur. quorum nihil Chirurgis per Novissimum Sanctioris Consilii decretum fuisse concessum. Nemini profecto Chirurgorum consilia obscura esse posse, quæ prater ea tendere, ut, ut nos patres academicis ubique, ipsi pro facultate academicâ habeantur, nisi eorum arti bus inimica Universitas occurrat. Placuit adiri Illustrissimum Galliæ Cancellarium, et quæ, si necesse sit, libellum Supplicem proferri adversus has Chirurgorum Molitiones.

4°. Accessit M. Montagne, unus e Pædagogis academicis et eorum adjunctis, ut vocant, et pro M. Venet eorum Procuratore seu Agente, domi per Morbum detento, amplissimo Rectori et Tribunali academico denuntiavit programma quoddam typis impressum, quod statim exhibuit, quo disputatio, seu exercitatio Scholastica de rebus Rhetoricis, indicitur in Pædagogio cujusdam nomine Palayrat ex eorum Numero qui Cantoris Permissionarii vulgo appellantur, viâ Monstrolensi in Suburbio S. Antonii. Id quam sit legibus Universitatis et privatis Pædagogorum Academicorum juribus Contrarium, academico Tribunali Notum esse, quam ne pluribus verbis uti necesse sit. Existimasse Pædagogos sui esse officii, quod factum sit, Universitati denuntiare, et quid faciendum sit ipsa judicet. Se pro Procuratorum Pædagogorum nomine actum suæ diligentiæ ac denuntiationis postulare. Viso prædicto Programmate, Placuit, actum dari præfato Magistro Montagne, adiri Illustrissimum Procuratorem Catholicum et cum eo agi de coercendis ejusmodi abusibus.

5°. Placuit redhiberi Custovi academico quinquaginta et septem libellos, quos de suo insumpsit ad comparandum Numismata aurea, præter id quod jam illi in Suffragioribus Comitiis concessum est.

6°. Placuit Sacras Universitatis Supplicationes ad diem hujus mensis duodecimum indici.

Et ita Suffragiis his sex capitibus, audito prius Suffragio singulis M. Le Nevet Syndico, Conclusit amplissimus Rector. /.

Rector

G. DE PARIS P.P. EXTR. I. SOL. 4. D. LAF.

6. Decemb. Anno dñi 1749 die Sexta Decembris, habita sunt Comitia ordinaria Deputatorum Universitatis apud amplissimum Rectorem in Dormano-Bellovaco.

1°. Quod M. Ludovicus-Nicolaus Durand, Universitatis Quæstor, morbo detentus domi, scripto rogavit amplissimum Rectorem Deputatos que academicos, ut se absente et ægrotante, sinerent suas vices a M. Dominico Morin, Cardinalitii Professore et Ven. Nationis antiquo Procuratore, geri: Placuit haberi rationem M. Durand, atque adeo præfatum M. Morin partes Quæstoris agere, quamdiu Mgr Durand morbo tenebitur.

2°. Supplicarunt pro litteris Nominationis jure Magisterii artium et quinquennii M.M. Ægidius Vasse, presb. Constantiensis; Petrus Loiseau, Diac. aurelius; Ludovicus Guignace, Subd. Blesensis; Stephanus-Michael Clery, Subd. Parisiensis; Carolus-Josephus-Gorget, Subd. Cenomanensis; Jacobus-amandus Gudin, acol. Genevensis. De his retulit M. Le Neveu, Syndicus, ac dixit se vidisse tum eorum litteras Magisterii, tum Professorum, quos audierunt testimonia quibus constat quinquennium academicum fuisse ab iis rite confectum, cætera que instrumenta ad hanc Supplicationem requisita, in quibus omnibus nihil desiderari. audito Meritissimo Syndico, Placuit, sua præfatis Supplicibus postulata concedi.

3°. Postulavit Joannes-Petrus Gardien Parisinus in artibus Magister, dari sibi licentiam aperiendi hac in urbe Pædagogii sub clientelâ Universitatis. Nominati sunt, qui de eo inquirant, Ornatissimi Picardiæ et Normaniæ Procuratores.

4°. Lecta et recognita sunt quæ fuerant in Comitiis Superioribus acta et Statuta.

5°. Quod dictum est, in Tabulas Supremi Senatûs nondum referri potuisse acta, quæ spectant ad præmium eloquentiæ Latinæ ex liberalitate D. Coignard institutum; sed propediem relatum iri. Porro sumptus tam in ea acta jam impensos, quam in Senatusconsultum mox impendendos, videri majores fore, quam ut præmium illud hoc anno donari possit, nisi D. Coignard illos sumptus in se recipiat, Placuit rogari amplissimum Rectorem et Meritissimum Syndicum ut de ea re agant cum D. Coignard.

6°. Quod dictum est editum fuisse nuper Senatusconsultum, quo designantur duo Architecti, scilicet DD. Bourgeois et de Blinieres, qui, quæ sint in Collegio Hubantino reficienda, dispiciant ac dijudicent. Placuit mandari Meritissimo Syndico et Mgro Dominico Morin, vices Quæstoris gerenti, ut sive conjunctim sive separatim, huic inspectioni intersint et si quid animadvertendum occurrat, ipsi Universitatis nomine animadvertant.

7°. Placuit, priusquam inchoentur opera, quæ in domo Universitatis Sanjacobæanâ parantur, fieri ædificiorum pro ut hactenus fuerunt, et pro ut destinantur in posterum, descriptionem, seu Statum, per D. de Blinieres, Universitatis Architectum, contradictorie, ut dicitur, cum architecto Redemptorum Juris extincti Mancipii, ut ex eâ descripti-

one, seu statu cum prædictis Redemptoribus agatur de obventi=
=onibus ad eos redituris.

8°. Placuit si contingat Quæstores Picardicæ Nationis suas reddere rationes, dum ægrotabit M. Durand, Universitatis Quæstor, in iis rationibus M. Dominicum Morin nomine Tribunalis aca=
=demici interesse ibique easdem agere partes, quas ageret ipse Mgr Durand, si interesset.

Et ita super his octo Capitibus audito prius super singulis M. Le Neveu Syndico, Conclusit amplissimus Rector./.

Hamelin Rector

Die Martis nonâ ejusdem mensis Decembris harâ dici=
=mâ matutinâ, amplissimus Rector et præclara artium facul=
=tas interfuerunt solemni sacro, quod fit de Spiritu Sancto apud fratres Prædicatores./.

12. Decemb. Anno dñi 1749 die duodecimâ mensis Decembris in Maturinensi habita sunt comitia Centuriata ad Sacras Universita=
=tis Supplicationes.

Primum in angulo consessum est, ubi supplicarunt pro lit=
=teris nominationis jure Magisterii artium et quinquennii MM. Mar=
=tinus hiriart, presb. Baionensis, et honoratus Jacobus de Ribaucourt cleric. ambianus. De his retulit M. Le Neveu Syndicus, ac dixit se vidis=
=se tum eorum litteras Magisterii, tum Professorum, quos audierunt, testimonia, quibus constat quinquennium academicum fuisse ab iis rite confectum, cætera que instrumenta ad hanc Supplicationem requi=
=sita, in quibus omnibus nihil desiderari, præter quam quod in actis academicis Mgri hiriart deest particula de, quæ in litteris tonsuræ et accepti baptismatis testimonio reperitur, in actis vero Mgri de Ri=
=baucourt scribitur Jacobus — honoratus, non honoratus — Jacobus. Audito M. Le Neveu Syndico Placuit sua præfatis supplicibus postu=
=lata concedi ea lege ut errores emendari curent.

Deinde itum est in Comitium, ubi amplissimus Rector peroravit. omnes academici ordines rata et grata habuerunt quæ gessit in suo trimestri Magistratu ipsi que litteras commendatitias de=
=creverunt et amplum præbuere Comitatum rite procedenti ad ædem Deo Sacram sub invocatione Sanctæ Ursulæ in Sorbonâ.

Illic Pontificem egit M. Machet Professor Sorbonicus. Sacram ad populum Concionem habuit M. Brunet Doctor Theologus, antehac Grammaticæ Professor in regiâ Navarrâ, Eucharisticam ad Pontificem M. adam, humanitatis Professor in Lexovæo.

Hamelin Rector

16. Decemb. Anno dñi 1749 die decima-sexta Decembris habita sunt Co=
=mitia generalia præclaræ artium facultatis in Maturinensi.

De hiriart. Factâ ab amplissimo Rectore supplicandi licentiâ supplicarunt Martinus de hiriart, presb. Baionensis, in artibus Magister, ut nomini suo gentilitio adjiciatur particula de in litteris Magisterii aliis que actis quibus=

G. DE PARIS P.P. EXTR. I. SOL. D. LAF.

=cumque Academicis, ubi omissa est. Honoratus-Jacobus de Ribaucourt clericus Ambianus in artibus Magister ut pro jacobo-honorato dicatur honoratus-Jacobus tum in litteris Magisterii tum in aliis actis quibuscumque Academicis. Carolus-Nicolaus Bottée Laudunensis, ut ne sibi noceat, quod nomen Nicolaus, omisit in uno e Catalogis; Joannes-Baptista-Ludovicus Soret cleric. Parisinus, ut ne sibi noceat, quod in aliquibus Catalogis omisit nomen Baptistæ. Carolus Ronflé, presb. Cenomanensis, ut ne sibi noceat, quod in Catalogis scripsit se Andegavensem. Joannes-Joachimus Desjoüin cleric. Tullensis, ut ne sibi noceat, quod in pluribus Catalogis scripserit se Joüin non Desjoüin, in uno vero omiserit Joachimi nomen. Ludovicus-Sebastianus Keller, cleric. Lugdunæus, ut ne sibi noceat, quod se scripserit in catalogis Sebastianum-Ludovicum, non Ludovicum Sebastianum. Christophorus-Franciscus-Philippus de Custine, cleric. Metensis ut immunis fiat ab onere scribendi lectiones philosophicas ob insignem oculorum debilitatem, quam scripto testatur M. Meusnier Doctor Medicus Parisiensis. Josephus Denans, acol. forojuliensis et Joannes Praire, acol. Lugdunensis ut immunes fiant a describendis lectionibus philosophicis, tam iis quæ anno præterito dictatæ sunt, quam quæ hoc anno dictabuntur, ob insignem capitis dolorem, testante eodem M. Meusnier. Ambrosius-Augustinus Desterlin de St. Palaye, cleric. Carnotensis, ut immunis fiat a scribendis lectionibus philosophicis, ob infirmam oculorum aciem, testante M. Peaget, Doctore Medico Parisiensi. Petrus-Stephanus Berard, cleric. Rotomagæus ut immunis fiat ab onere scribendi, ob infirmam valetudinem testante M. de Jussieu, Doctore Medico Parisiensi. Franciscus du Tailly, cleric. Bellovacensis, ut ne sibi noceat, quod in posteriore Physicorum Catalogo nomen inscribere non potuerit, propter gravissimum morbum, quo tunc temporis conflictatus est, testante ipso amplissimo Rectore, cujus lectiones excepit.

Audito de his Supplicibus M. Le Neveu Syndico amplissimus Rector dimisit Nationes ad deliberandum de Supplicibus confirmandos que quatuor-viros, simul que petiit rata et grata haberi quæ gessit in suo trimestri Magistratu litteras que sibi decerni commendatitias.

Dimissæ Nationes ac deinde regressæ retulerunt se Supplicibus indulgere rata et grata habere quæcumque gessit amplissimus Rector in suo trimestri Magistratu litteras que ipsi eo nomine commendatitias decernere, confirmatos a se quatuor-viros mane electos, scilicet in honorandâ Natione M. Meurizet Bacc. Theolog. in fidelissimâ M. Le bel, Rethorum alterum in Mazarinæo. in venerandâ, M. Picquard Bacc. Theolog. in Constantissimâ, M. Curin Lic. Theol.

Quatuor viri, dicto prius solemni Sacramento, ut moris est, in Conclave se contulerunt, unde digressi per M. Meurizet retulerunt se fasces rectorios unanimi consensu prorogasse amplissimo viro M. Paulo Hamelin Rectori. quæ prorogatio statim a singulis Nationibus confirmata est.

Et ita Conclusit amplissimus Rector./.

Hamelin Rector

de Ribaucourt.
Bottée.
Soret.
Ronflé.
Desjoüin.
Keller.
de Custine.
Denans.
Praire.
Desterlin de St. Palaye.
Berard.
du Tailly.

20. Decemb. Anno Dñi 1749 die vigesima decembris acta quæ spectant ad præmium eloquentiæ Latinæ ex liberalitate D. Coignard institutum in tabulas supremi Senatus relata sunt, eam que in rem factum est Senatus-Consultum, quod sequitur;

Louis par La Grace de Dieu Roy de france et de Navarre au premier des huissiers de Notre Cour de Parlement ou autre nostre huissier ou sergent sur ce requis scavoir faisons que Vu par nostre Cour la requeste presentée par les Recteurs, Doyens, Procureurs et suppots de L'Université de Paris a ceque pour les Causes y contenues, Il fut ordonné que la deliberation du Tribunal de L'Université du dixhuit juin dernier sera homologuée en consequence que les quatre cent livres de rente annuelle et perpetuelle appartenante a la ditte Université sur nos revenus au principal de seize mille livres, Et subsidiairement les dix mille livres données par le sieur Coignard imprimeur libraire juré de l'Université produisant pareille somme de quatre cent livres de rente seront affectés a la distribution dun prix pour celui des Maitres ez arts de la ditte Université ou autre de la qualité marquée dans le projet de la distribution, qui aura le mieux reussi dans la composition dun discours Latin, reserver neantmoins a l'Université la faculté de Liberer tant le dit Contract sur les postes que les dix mille livres hypotequées sur la maison rue St. Jacques En faisant Employ Lorsqu'elle le jugera a propos dune pareille somme de dix mille livres, La quelle en ce cas demeurera seule affectée a la ditte distribution, ordonner au surplus que les Clauses et Conditions pour la distribution du susdit prix Inserée a la suitte de la ditte deliberation du dix huit juin dernier seront executées selon leur forme et teneur.

Ensuitte La Tenneur de la deliberation.

Extrait des Registres de L'Université.

L'an mil sept cent quarante neuf Le dixhuitieme jour du mois de Juin dans l'assemblée des Deputés ordinaires de l'Université, Monsieur le Recteur a dit, que le sieur Jean-Baptiste Coignard; et le reste jusqu'a ces mots cy inclusivement, Messieurs les Syndics et adjoints de L'Imprimerie et Librairie seront invités a cette distribution: voiez le 18 juin 1749. folio, recto.

Veu les pieces attachées a la ditte requeste signée Basly Procureur, Conclusions de Notre Procureur General, oui le rapport de Me. francois-Benigne du Trousset Conseiller, tout Consideré Nôtre Cour a omologué et omologue la ditte deliberation en consequence que les quatre cent livres de rente annuelle et perpetuelle appartenantes a la ditte Université sur nos Revenus au principal de seize mille livres, Et subsidiairement les dix mille livres données par le dit Coignard produisant pareille somme de quatre cent livres de rente seront affectés a la distribution dun prix pour celui des Maîtres ez arts de la ditte Université ou autre de la qualité marquée dans le projet de la distribution, qui aura le mieux reussi dans la composition

G. DE PARIS P.P. EXTR. SOL. 4. D. LAF.

d'un discours latin, reserve neantmoins à l'Université la faculté de liberer tant ledit Contract sur les Postes que les dittes dix mille livres hypotequées sur la Maison rue St. Jacques, en faisant employ lorsqu'elle le jugera a propos d'une pareille somme de dix mille livres, laquelle en ce cas demeurera seule affectée a sa ditte distribution; ordonne au surplus que les Clauses et conditions pour la distribution du susdit prix inserées a la suitte de la ditte deliberation du dix huit juin dernier seront executées selon leur forme et teneur. Sy mandons mettre le present a deue et entiere execution de ce faire te donnons pouvoir. donné en notre ditte Cour de Parlement le vingt Decembre l'an de grace mil sept cent quarante-neuf et de notre regne le trente-cinquieme. /. Signé Collare Baillif, par la Chambre du franc.

BIBLIOTHÈQUE DE L'UNIVERSITÉ DE FRANCE.

29. Decemb. Anno dñi 1749 die 29a Decembris horâ decimâ Matutinâ convenerunt apud Maturinenses ortanatissimi Procuratores cum Meritissimo Syndico et fidelissimo Scriba ab Amplissimo Rectore Convocati, ad statuendum de Querelis Mgri Devault Primarii Collegii Cenomanensis adversus Bursarios ejusdem Collegii.

Comparuerunt, ipse Primarius et dicti Bursarii ex mandato amplissimi Rectoris ipsis rite denuntiato per unum ex apparitoribus academicis die vigesimâ quartâ Decembris.

Conquerebatur dictus Primarius quod cum a paucis diebus in dictum Collegium redierit, unde Negotiorum causa atque etiam morbo per aliquod tempus abesse coactus fuerat dictos Bursarios pervicaces et rebelles expertus sit et etiam num experiatur renuentes nempe Primarii autoritatem in se agnoscere in omnibus Collegii exercitationibus sive ad rem sacram sive ad disciplinam scholasticam pertinentibus, neequemquam tamen nominatim accusabat, sed generatim de Universis conquerebatur.

Accessit M. Joannes George Philosophiæ Professor in Cardinalitio, ac dixit ab aliquot mensibus se nominatum fuisse ab Illustrissimo Episcopo Cenomanensi ad officium et Munus Primarii dicti Collegii Cenomanensis et in ejus Muneris possessionem fuisse inductum, suâ permagni interesse ne hæc causa se absente et inaudito, disceptetur ac dirimatur. Itaque postulare se ut ad eam, tanquam pars interveniens, ut aiunt, admittatur.

Quod cum obtinuisset, dixit præfatum M. Devault â pluribus mensibus Nominatum fuisse ad regendam Ecclesiam unam parochialem in Diœcesi Cenomanensi: illum dictam nominationem ultro accepisse et omnibus rite ac solemniter factis immissum fuisse in dictæ Ecclesiæ possessionem; statim Illustrissimo Episcopo Cenomanensi visum fuisse Primarii Collegii Cenomanensis locum vacare, illum que sibi a dicto Episcopo datum et collatum fuisse, seque, ut jam dictum est, in illius possessionem fuisse inductum, scientibus et præsentibus præfatis Bursariis, inde factum esse ut dicti Bursarii reverso dicto M. Devault parere detrectaverint, cum jam eum non agnoscerent Primarium. Postulavit Itaque, ut sibi jus suum sartum tectum que servaretur et dicti Bursarii ab accusatione exsoluti mitterentur.

Reposuit præfatus M. Devault, se quidem fuisse ad Ecclesiam

Parochialem regendam Nominatum et in ejus Ecclesiæ possessi=
=onem fuisse inductum, sed non ideo suo Primarii jure excidere po=
=tuisse, cum certum tempus legibus detur omnibus beneficiariis
ut possint ex duobus alterutrum eligere; se nullo modo Primaria=
=tu cessisse: nullum neque a se neque contra se actum judicia=
=rium hac dere fuisse editum omnique suo in dictum Primaria=
=tum jure adhuc Gaudere. Itaque Postulavit ut, nullâ habitâ=
ratione defensionis præfati M. Georget tam pro se quam pro dic=
=tis Bursariis adhibitæ, teneantur dicti Bursarii et alii dicti
Collegii officiarii sibi tanquam soli Primario subjacere et obtemperare.

Auditis partibus, Audito M. Le Neveu Syndico Amplissi=
=mus Rector, habitâ cum ornatissimis Procuratoribus delibera=
=tione, de Consilii Sententiâ, salvis omnium partium juribus et
sine cujusquam præjudicio, per provisionem quod aiunt Edixit,
ut donec Lis, si qua sit, de Primariatu dicti Collegii Cenomanensis
ab iis judicata fuerit, ad quos pertinebit, omnes dicti Collegii Bur=
=sarii et Officiarii præfato M. Devault Primario subjaceant et obtem=
=perent et omnibus disciplinæ præfati Collegii legibus accurate obse=
=quantur. quod ni fecerint pœnis academicis subjectum iri.

Quam Sententiam, sive Edictum, ipse Amplissimus Rector
palam pronuntiavit dictis Bursariis, præsentibus et audientibus
præfatis Magistris Devault et Georget, nec ullus Reclamavit.

Hamelin Rector

Tabula

Officiariorum, Sive Majorum, Sive Minorum, Consiliariorum, Beneficiatorum, Clientium Universitatis juratorum, per decursum anni 1749 receptorum.

Officiarii Majores.

Nullus

Consiliarii.

Nullus

Beneficiati.

Nullus

Apparitores.

Nullus

Librarii.

Joannes-baptista De Hansy. 11. Mart. — De Hansy.
Joannes-Natalis Le Loup. — Le Loup.
Michael Lambert. 20 Jun. — Lambert.

Pergamenarii.

Nullus

Papetarii.

Nullus

Religatores.

Nullus

Magni Nuncii.

In Natione Gallicanâ.

Die decima-quintâ Januarii Felix-Emmanuel Michaux Procurator et Natio Gallicana contulerunt Paulo Le Riche civi Parisiensi, munus et officium Nuncii juvatis pro diœcesi archiepiscopatu Tolosanensi vacans per obitum admodum Renati Guevoust civis quoque parisiensis. — Toulouse. Le Riche.

Die decimâ nonâ Aprilis Idem Procurator eadem que natio contulerunt Paulo Belin Desmarais civi Parisiensi, munus et officium Nuntii juvatis pro diœcesi et Episcopatu Niciensi vacans per liberam abdicationem Joannis-Jacobi Fossier civis quoque parisiensis. — Nice. Belin Desmarais.

Die decimâ Junii Idem Procurator eadem que Natio contulerunt Francisco Duval, civi Parisiensi, munus et officium Nuncii juvatis pro diœcesi et Episcopatu Castrensi vacans per obitum Joannis Sanson civis quoque parisiensis. — Castres. Duval.

Eadem die Idem Procurator eadem que Natio contulerunt Antonio Fouques, civi Parisiensi, munus et officium Nuncii juvatis pro diœcesi et Episcopatu Tarbensi vacans per liberam abdicationem Petri-Ludovici Judde civis quoque parisiensis. — Tarbe. Fouques

Die prima Julii Idem Procurator eadem que Natio contulerunt Francisco de Pouille civi Parisiensi, munus et officium Nuncii juvatis pro diœcesi et Episcopatu Forojuliensi vacans per obitum Ludovici Goüault civis quoque parisiensis. — Frejus. de Pouille.

Padoue, Dubosc.

Die octava Julii Idem Procurator eademque Natio contulerunt Henrico Dubosc ~~civi~~ civi parisiensi munus et officium nuntii juvati pro diœcesi et Archiepiscopatu Patavinensi vacans per obitum Michaelis-Nicolai Cousin civis parisiensis.

Trente, Thevenot.

Die duodecimâ Augusti Idem Procurator eademque Natio contulerunt Francisco Thevenot, civi parisiensi munus et officium nuntii juvati pro diœcesi et Episcopatu Tridentino, per obitum Petri Le francois civis parisiensis vacans.

Reggio, Robineau.

Die decima-quinta Octobris Petrus Germain Procurator ~~civi~~ nuncii parisiensi. Natio Gallicana contulerunt Joanni-Baptistæ Robineau munus et officium nuntii juvati pro diœcesi et Episcopatu Regiensi vacans per obitum Joannis-Baptistæ Juin civis quoque Parisiensis.

Vence Porlier de Rubelles.

Die decimâ Septimâ Decembris Idem Procurator eademque Natio contulerunt Antonio Porlier de Rubelles civi parisiensi munus et officium Nuncii juvati pro diœcesi et Episcopatu Venciensi vacans per Liberam abdicationem Petri Pantonnier civis Parisiensis.

Aix en Provence, Faron.

Die vigesimâ Decembris Idem Procurator eademque Natio contulerunt Simoni-Nicolao ~~Faron~~ Farelli civi parisiensi munus et officium nuncii juvati pro diœcesi et Episcopatu Aquensi in Provincia vacans per obitum Nicolai-Jacobi Michel, civis quoque parisiensis.

In Picardicâ.

Nullus.

In Normanicâ.

Nullus.

In Germanicâ.

Kilmore, Germain.

Die decimâ-quartâ Januarii Jacobus Kiran Procurator et natio Germanica ~~ic~~ contulerunt Petro Germain civi parisiensi munus et officium nuncii juvati pro diœcesi et Episcopatu Lismoriensi in Scotiâ vacans per liberam abdicationem Joannis-Francisci Englet civis quoque parisiensis.

Riga, Guyon de Dijeux.

Die vigesima-tertiâ Aprilis Franciscus Nagot ~~ad~~ Procurator eademque Natio Germanica contulerunt (anonymo) Guyon de Dijeux Marchioni de Guercheville civi parisiensi munus officium Nuncii juvati pro diœcesi et Archiepiscopatu Rigensi vacans per obitum Amabilis-Gabrielis Belard civis quoque parisiensis.

Halberstat, Bourguignon.

Die vigesima-prima Maii Idem Procurator eademque Natio contulerunt Gilberto Bourguignon civi parisiensi munus et officium Nuncii juvati pro diœcesi et Episcopatu Halberstadiensi vacans per obitum Caroli Guichon, civis quoque parisiensis.

Osnabruch. Gambier.

Die decimâ-nona Junii Idem Procurator eademque Natio contulerunt Joanni Gambier civi parisiensi munus et officium Nuncii juvati pro diœcesi et Episcopatu Osnabrugensi vacans per obitum Laurentii Le Trogneux civis quoque parisiensis.

Minden, D'heudicourt.

Die decimâ-nonâ Novembris Idem Procurator eademque Natio contulerunt Mauricio-Raphaeli D'heudicourt civi parisiensi munus et officium nuncii juvati pro Diœcesi et Episcopatu Mindensi in Germania vacans per obitum Christophori Julien civis quoque parisiensis.

Man, Bourdeaux.

Die vigesima Decembris Idem Procurator eademque Natio contulerunt Petro Bourdeaux civi parisiensi munus et officium Nuncii juvati pro diœcesi et Episcopatu

G. DE PARIS
P.P. EXTR. I. SOL. D. LAF.

manensi in Anglia vacans per liberam abdica=
=tionem Leonardi-Nicolai Dupuymoret civis quoque pa=
=ritiensis.

---

finis anni 1749

N Piat

univ. Scriba

Acta
Commentarii, Conclusiones
Universitatis Parisiensis
Per decursum anni millesimi Septingentesimi quinquagesimi.

1750
10. Januar.

Anno domini millesimo Septingentesimo-quin=quagesimo die decimâ mensis Januarii, habita Sum comi=tia ordinaria Deputatorum Universitatis apud amplissimum Rectorem in Dormano-Bellovaco. Rector erat D. Paulus Ha=melin. Decani, M. Stephanus-Ludovicus Millet, Theologiæ; M. Joannes Cugnet, Juvium; M. Joannes-Baptista-Thomas Martinenq, Medicinæ. Procuratores M. Petrus Germain, Galliæ; M. Blasius Messier, Picardiæ; M. Carolus Vray, Normaniæ; et M. franciscus Nagot, Germaniæ. officiarii majores, M. Jacobus Valletta Le Neveu, Syndicus; M. Nicolaus Pia, Scriba; M. Nico=laus-Ludovicus Duvaud, Quæstor.

1° Supplicarum pro litteris Nominationis juxta Magis terii artium et quinquennii MM. franciscus Dubuc, diac. Ro=tomagensis; franciscus Midor, presb. Lugdunensis; Guillelmus Michaud, presb. Adurensis; Josephus Canu Subdiac. Rotomagensis; Petrus-Guillelmus-Claudius Delafosse, acol. Silvanectensis. De his relatis M. Le Neveu Syndicus, ac dixit, se vidisse tum eorum litteras Magisterii, tum Professorum, quos audierant, testimonia quibus constat quinquennium academicum fuisse ab iis rite confectum, cetera que instrumenta ad hanc Supplicationem requisita, in quibus omnibus nihil desiderari. Audito meritissimo Syndico, Placuit Sua præfatis Supplicibus postulata concedi.

2° Lecta et recognita Sunt quæ fuerant in superioribus Comitiis acta et Statuta.

3° De Joanne-Petro Gardien, qui postremis Comitiis post=tulaverat Licentiam aperiendi hac in urbe pædagogii Sub Clien=telâ Universitatis, auditis de eo ornatissimis Picardiæ et Norma=niæ Procuratoribus, audito paritèr Pædagogorum academicorum Deputato, audito demum M. Le Neveu Syndico, Placuit, differri do=nec amplius cognitam fuerit.

4° Lecta et recognita est Tabula virorum academicorum, qui pastem suam tributi regii virilim impositi pendere debent, apud urbis Basilicam, Placuit eam subsignari.

5° De præmio Eloquentiæ Latinæ, quod apud Universita=tem institutum est ex liberalitate D. Joannis-Baptistæ Cognard, Placuit illud ad Summam trecentarum libellarum redigi, donec Universitas recuperaverit sumptus, quos de suo impendit ad illud insti=tuendum. Probatum est autem argumentum ab amplissimo Recto=re propositum, scilicet, Gallicis Litteris ne Stent incolumes et floren=tes, necessarium esse idem, unde orta educata que Sunt, cum Grx=cis Latinis que commercium; quod quidem argumentum, Placuit, in Universitatis aliis que hujus urbis regionibus rectorio Mandato pro=scribi et promulgari.

U. DE PARIS P.P. EXTR. I. SOL. 4. D. LAT.

6°. Placuit, nominari Mgros Germain et Messier, Galliæ et Picardiæ Procuratores, qui cum Universitatis Architecto agant, ut quam diligentissime poterit, descriptionem conficiat ædificiorum in domo Universitatis Sanjacobæana extruendorum, prout superioribus Comitiis statutum est.

Et ita super his sex capitibus, audito prius super singulis M. Le Neveu Syndico, Conclusit amplissimus Rector./.

Hamelin Rector

Die vigesimâ octava Januarii amplissimus Rector et præclara artium facultas interfuerunt solemni sacro, quod ad memoriam D. Caroli Magni in æde Navarricâ celebrari solet ex institutione Cæsaris Egasse Duboulay. Orationem Panegyricam habuit M. Gardin Litterarum professor in regiâ Navarrâ. 28. Januar.

Die trigesima ejusdem mensis, Majores officiarii cereos, pro more, minoribus magistratibus, Universitatis nomine detulerunt. 30. Januar.

Die trigesima-prima ejusdem mensis amplissimus Rector Decani, Procuratores, adjuncti, officiarii Majores cum omnibus apparitoribus, cereos detulerunt Serenissimo Principi aurelianensium duci,# Illustrissimo Archi-Episcopo Parisiensi et Primariis Magistratibus. 31. Januar.

#Illustrissimo franciæ Cancellario,

Die dominica prima mensis februarii amplissimus Rector, Decani, Procuratores, adjuncti, officiarii Majores cum omnibus apparitoribus contulerunt se Versalias, Regi Cereos, Reginæ, Serenissimo Delphino, Serenissimæque Delphinæ, oblaturi. Apud singulos dixit eleganter et apposite ut solet, et quantum ex audientium habitu, nutu, atque etiam sermonibus conjicere licuit, fuit unde Universitas de suo Rectore et Oratore sibi vere gratularetur. 1. februar.

Die tertia ejusdem mensis amplissimus Rector et præclara artium facultas interfuerunt solemni sacro, quod fit pro Magistris academicis, vita defunctis, apud fratres Prædicatores.

Anno dñi 1750 die septimâ februarii habita sunt Comitia Ordinaria Deputatorum Universitatis apud amplissimum Rectorem in Dormano-Bellovaco. 7. februar.

1°. Supplicarunt pro litteris nominationis jure Magisterii artium et quinquennii MM. Carolus Anquetin, diac. Rotomagensis, Petrus-franciscus Hamelin de la Marliere diac. Parisinus, Daniel-Viventius Viasse, cleric. Lingonensis. De his retulit M. Le Neveu Syndicus, ac dixit, se vidisse tum eorum Litteras Magisterii, tum Professorum, quos audierunt testimonia quibus constat quinquennium academicum fuisse ab iis rite peractum, cæteraque instrumenta ad hanc supplicationem requisita, in quibus omnibus nihil desiderari. Audito meritissimo Syndico, Placuit sua præfatis supplicibus postulata concedi.

2°. Quod exposuit Ludovicus de Launoy de Belleveue, in

artibus Magister, se per annos circiter quadraginta Pædagogium habuisse Parisiis, sub ipsos Universitatis oculos et ex illius approbatione, nullâ tamen præfixâ foribus suis tabulâ, quippe qui satis in totâ viciniâ notus esse sibi videretur. Nunc autem quum domicilium in aliam urbis regionem, universitati tamen proximam, transtulerit velle foribus suis præfigere tabulam, qualem præfigere solent Pædagogi academici, quorum ê numero semper fuerit et esse glorietur. Cum vero litteras approbationis, vel Clientelæ, olim sibi ab Universitate concessas, amiserit, postulare suppliciter, ut ne jactura illa sibi obstet, quominus ejusmodi Tabulam Pædagogio suo præfigere valeat, De ea re Audito M. Le Neveu Syndico, visis Litteris Magisterii præfati supplicis, auditis de eo plurimorum ex ipso Tribunali academico Magistrorum testimoniis, Placuit haberi rationem postulationis dicti Ludovici de Launoy de Belleveüe, eique quantum opus est licentiam fieri præfigendi Pædagogio suo tabulam eadem formulâ conceptam, quâ cæteri Pædagogi academici, etiamsi litteras clientelæ repræsentare non valeat, quarum loco hanc conclusionem ipsi esse Placuit, ea lege ut statuta ad Pædagogos academicos spectantia observet, et si quæ sunt apud ipsos persolvenda persolvat juxta conclusiones academicas.

3°. Lecta et recognita sunt quæ fuerunt in superioribus Comitiis acta et statuta.

4°. De Collegio Burgundiano cui Redemptores juris extincti Mancipii negotium a pluribus annis facessunt ob certam interiorum ædium partem de novo constructam, Placuit præfatum Collegium officiis Universitatis, ut adhuc factum est adjuvari.

5°. De officio Quæstoris Universitatis, vacante per obitum M. Ludovici-Nicolai Durand, audito M. Le Neveu Syndico Unanimi omnium consensu Placuit præfatum officium offerri ac deferri ipsi amplissimo Rectori: Qui quidem amplissimus Rector dixit, se neque illud, nec ullum aliud academicum munus unquam ambiisse, aut ambire, quoniam tamen ita statuant ac judicent, quos penes est de ejusmodi officiis decernendi jus ac potestas, se ultro obtemperare ac spondere, se quanta poterit fide ac diligentia delatum ad se munus gesturum.

M. Hamelin univ. Quæstor.

6°. Quod amplissimus idem Rector rogavit, ut M. Dominicus Morin, qui de Tribunalis academici consensu, Quæstoris obit partes ab aliquot mensibus, eas obire pergat donec ipse Rectorio Magistratu abierit, Placuit, id gratum haberi.

Et ita super his sex capitibus, audito prius super singulis M. Le Neveu, Syndico, conclusit amplissimus Rector.)

Hamelin Rector

Anno Dñi 1750 die Luna vigesimâ-tertiâ fe-
23. febr. =bruarii (quoniam dies martis occurrebat S. Matthiæ festum)
habita Sum Comitia in Mathurinensi ad approbandum Syndem
Rotulum Nominationum.

I°. Supplicavit pro Litteris Nominationis juxe Magisterii
artium et quinquennii M. Josephus Bauffet, presb. Regiensis.
De eo vetulis M. Le Neveu Syndicus, ac dixit se vidisse tum ejus
Litteras Magisterii, tum Professorum, quos audivit, testimonia,
quibus constat quinquennium academicum fuisse ab eo rite
confectum, cætera que instrumenta ad hanc Supplicationem
requisita, in quibus omnibus nihil desideravit. Audito meritissimo
Syndico, Placuit, annuit præfati Supplicis postulationi.

2°. Placuit, pro more antiquo, approbari Rotulum Nomi-
=nationum.

3°. Placuit accipi juramentum Amplissimi Rectoris
pro munere et officio Quæstoris Universitatis, quod ipsi postremis
Comitiis delatum est.

Et ita Super his tribus capitibus Conclusit Amplissi-
=mus Rector. I.

Rector

Anno Dñi 1750 die Septima mensis Martii, habita- 7. Mart.
Sum Comitia ordinaria Deputatorum Universitatis apud Amplis-
=simum Rectorem in Dormano-Bellovaco, Quibus in Comitiis
primum interfuit M. Nicolaus Bernard, novus juridicæ facultatis
Decanus.

I°. Supplicarunt pro Litteris Nominationis juxe Magiste-
=rii artium et quinquennii MM. Petrus Jacquois, presb. Aduensis,
Julianus Dulin, diac. Clavomontensis, Claudius Jacquetin, acol.
Sanfloriensis, Jacobus-Philippus Cotelle, subd. Rotomagensis, Petrus-
-Eugenius Le Comte presb. Parisinus, Joannes-Baptista-Franciscus
Bennebey acol. Aldomarensis, Elyphius Petit clericus Tullensis,
Ludovicus-Hugo Dethy, acol. Matisconensis. De his vetulis M. Le-
Neveu Syndicus ac dixit se vidisse, tum eorum Litteras Magiste-
=rii, tum Professorum, quos audiverunt, testimonia, quibus constat
quinquennium academicum fuisse ab iis rite confectum, cæteraque
instrumenta ad hanc Supplicationem requisita, in quibus omnibus
nihil desiderari. Audito meritissimo Syndico, Placuit sua præfatis
Supplicibus postulata concedi.

2°. Lecta et recognita sunt quæ fuerunt in superioribus
Comitiis acta et statuta.

3°. Lecta est descriptio totius ædificationis in domo academi-
=câ Sanjacobæanâ suscipiendæ, a Dno de Blinieres Universitatis Ar-
=chitecto confecta, in qua quidem descriptione singula operum genera,
cum singulorum æstimatione, accurate enumerantur. Placuit eam
adoptari et communicari cum singulis opificum Universitatis ordina
=riorum generibus, ut ipsi videant, num descriptis et positis conditionibus

pro sua quisque parte, subscribere velint. interim amovendum et seponendum quidquid ferri, aut plumbi, aut ligni, aut lateritii pavimenti, ex vetustis ædificiis erui et servari potest.

4°. Placuit, indici supplicationes Universitatis ad diem hujus mensis decimum-septimum.

5°. Quod dixit consultissimus jurium decanus, minorem suæ facultatis apparitorem nomine Dumesnil, cum sit ætate provectior, officii sui partes, in iis quæ ad facultatem spectant, per filium suum sæpe adimplere de consensu et licentiâ ipsius facultatis: Rogare ut idem illi liceat in iis quæ spectant ad Universitatem, Placuit, rationem haberi postulationis consultissimi Decani.

Et ita super his quinque capitibus, audito prius super singulis M. Le Neveu, Syndico, conclusit amplissimus Rector.

Hamelin Rector

17. Mart. Anno dñi 1750 die decimâ-septimâ Martii habita sunt comitia centuriata Universitatis in Maturinensi ad sacras Universitatis supplicationes.

Primum in angulo consessum est ubi supplicarunt pro litteris nominationis jure magisterii artium et quinquennii MM. franciscus-honoratus Leullier, presb. Ambianensis; Jacobus Bernard presb. Claromontensis. De his retulit M. Le Neveu Syndicus, ac dixit, se vidisse tum eorum litteras magisterii, tum professorum, quos audierunt, testimonia, quibus constat quinquennium academicum fuisse ab iis rite confectum, cæteraque instrumenta ad hanc supplicationem requisita, in quibus omnibus nihil desiderari. Audito meritissimo Syndico, Placuit, sua præfatibus supplicibus postulata concedi.

Deinde itum est in Comitium, ubi, postquam amplissimus Rector peroravit, omnes academici ordines rata et grata habuerunt quæ gessit in suo trimestri Magistratu ipsique litteras commendatitias decreverunt et amplum præbuere comitatum rite procedenti ad ædem Deo sacram sub invocatione S. Joannis Evangelistæ apud Collegium Dormano-Bellovacum.

Illic Pontificem egit S. M. N. Guarguy doctor Theologus; sacram ad populum concionem habuit S. M. N. Seconds Doctor Theologus; Eucharisticam ad Pontificem M. furgault humanitatis Professor in Mazarinæo.

21. Mart. Anno dñi 1750 die vigesimâ-primâ Martii habita sunt comitia generalia præclaræ artium facultatis in Maturinensi.

Le Normant. Facta ab amplissimo Rectore supplicandi licentiâ supplicarunt Ludovicus-alexander Le Normant, acol. Nannetæus, ut ne sibi noceat, quod scripserit se Nannetensem in tribus Catalogis; Carolus-amandus Blanchard, cleric. Lingonensis, ut ne sibi noceat, quod amandi nomen in tribus Catalogis omiserit. Jacobus Rey, acol. Lugdunæus, ut ne sibi noceat, quod scripserit se Lugdunensem in omnibus Cata-

Blanchard.

Rey.

G. DE PARIS P.P. EXTR. I. SOL. 4. D. LAF.

logis. amabilis-Josephus D'aumale cleric. audomarensis, ut ne sibi noceat, quod in tribus Catalogis omiserit nomen amabilis, in duobus vero scripserit se atrebatensem pro audomarensi, Petrus-jacobus Dugard, cleric. ambianus, ut ne sibi noceat, quod scripserit se ambianensem in duobus catalogis. Jacobus Merillon, presb. Cenomanensis, ut ne sibi noceat, quod litteras testimoniales exceptæ physicæ non habeat, cum Parisiis absit a pluribus annis, quem tunc habuit, professorem, neque facile possit condiscipulos reperire, utpote qui in minori collegio studuerit, ubi pauci esse solent discipuli; sed probare tantum possit se inscriptum fuisse in duobus Catalogis illius anni. honoratus astrouin, qui pariter in minori collegio studuit, ut ne sibi noceat, quod in uno e catalogis minime se inscripserit.

D'aumale. Dugard. Merillon. astrouin.

Audito de his supplicibus M. Le Neveu, Syndico, amplissimus Rector, demisit nationes ad deliberandum de supplicibus confirmandos que quatuor-viros simulque petiit rata et grata haberi quæcumque gessit in suo trimestri Magistratu litteras que sibi decerni commendatitias.

Dimissæ Nationes ac deinde regressæ retulerunt se supplicibus indulgere rata et grata habere quæcumque gessit amplissimus Rector in suo trimestri Magistratu litteras que ipsi eo nomine commendatitias decernere, confirmatos a se quatuor-viros mane electos, scilicet, in honoranda Natione M. Dulaurent, Philosophiæ professorem in regiâ Navarrâ, in fidelissimâ M. Vallé philosophiæ Professorem in Cardinalitio, in venerandâ M. Le Jumel Licentiatum Theol. in constantissimâ M. Lallemand Eloquentiæ professorem in Marchiano.

Quatuor-viri dicto prius solemni-Sacramento ut moris est, in conclave se contulerunt unde digressi per M. Dulaurent retulerunt se fasces Rectorios unanimi consensu prorogasse amplissimo viro M. Paulo Hamelin Rectori. quæ prorogatio statim â singulis Nationibus confirmata est. Et ita conclusit amplissimus Rector.

Hamelin Rector

Anno dñi 1750, die vigesimâ-tertiâ mensis Martii, habita sunt extra ordinem comitia Deputatorum Universitatis apud amplissimum Rectorem in Dormano-Bellovaco. Quibus in Comitiis primum interfuit M. franciscus-andreas-adrianus Pluket, novus normanicæ Nationis Procurator. 23. Mart.

1°. Supplicavit pro Litteris Nominationis jure Magisterii artium et quinquennii M. Petrus-Maria Cellier presb. Carnotensis. De eo auditus est M. Le Neveu, Syndicus, qui dixit, se vidisse, tum ejus Litteras Magisterii, tum professorum, quos audivit testimonia, quibus constat quinquennium academicum fuisse ab eo rite confectum, cætera que instrumenta ad hanc supplicationem requisita, in quibus omnibus nihil desiderari, nisi quod nomen suum gentilitium male scripsit in actis academicis. Audito meritissimo Syndico, placuit, annui præfati supplicis postulationi, ea lege, ut nomen suum reformari curet.

2°. Exposuit Meritiss. Syndicus oblatam fuisse Dño Richard Architecto

seu Latomo Universitatis Ordinario descriptionem novæ domus academicæ in viâ Sanjacobæanâ construendæ, cum singulorum operum pretio, a D. de Blinieres architecto æstimatore Universitatis ordinario, confectum. Videri præfato Richard opera lapidaria, quæ pars ad eum pertinet, habita ratione temporis ac præsertim loci, in quo necessario cædendi ac præparandi lapides erunt, leviori pretio æstimata esse, quam ut a se sine damno suscipi possint. Rogare amplissimum Rectorem sapientissimosque deputatos, ut animadversionis suæ, pro sua prudentia et æquitate rationem habeant, Re diu versatâ et agitatâ, ipso præsente D. de Blinieres architecto, tandem placuit, habita ratione spectatæ fidei et peritiæ præfati Richard, cujus operâ multis abhinc annis Universitas utitur, æstimatis pretiis quod ad partem lapidariam spectat, adjici summam mille et quingentarum libellarum, per modum supplementi.

Et ita super his duobus capitibus conclusit amplissimus Rector./.

Digressis Decanis, Coram amplissimo Rectore et ornatissimis Procuratoribus, supplicavit idem Petrus Maria Cellier, presb. Carnotensis, ut ne sibi noceat, quod nomen suum gentilitium scripserit Celier, non, Cellier, in omnibus sive catalogis sive actis quibuscumque academicis. Auditus est M. Le Neveu Syndicus, qui dixit præfatum supplicem parare in patriam reditum; non posse sine gravi suo damno expectare Comitia præclaræ artium facultatis, quæ non habebuntur ante diem 23 Junii proxime futuri: ad hæc, leve esse, quod postulet, et de jure communi, et sæpissime ejusmodi postulationes esse apud amplissimum Rectorem et ornatissimos Procuratores institutas. Itaque nihil se morari, quominus ejus supplicatio admittatur, sub beneplacito præclaræ artium facultatis. Audito meritiss. Syndico, Placuit, abstinente tamen a ferenda sententia ornatissimo Normanæ Nationis Procuratore, præfato supplici indulgeri, sub beneplacito præclaræ artium facultatis. Et ita conclusit amplissimus Rector./.

Pramelin Rector

4. April. Anno dñi 1750 die quartâ mensis aprilis, habita sunt Comitia ordinaria Deputatorum Universitatis apud ampliss. Rectorem in Dormano-Bellovaco, quibus in Comitiis primum interfuit M. Edmundus Kelly, novus Germanicæ Nationis Procurator.

1°. Supplicarunt pro Litteris nominationis jure Magisterii artium et quinquennii MM. franciscus Malot, Subd. Lingonensis, franciscus Brunet, acol. æduensis; franciscus Goze, Subd. virdunæus. De his retulit M. Le Neveu Syndicus, ac dixit se vidisse, tum eorum Litteras Magisterii, tum Professorum, quos audierunt, testimonia, quibus constat quinquennium academicum fuisse ab iis rite confectum, cæteraque instrumenta ad hanc supplicationem requisita, in quibus omnibus nihil desiderari. Audito meritiss. Syndico, Placuit, sua præfatis supplicibus postulata concedi.

2°. Lecta et recognita sunt quæ fuerunt in superioribus Comitiis ordinariis acta et statuta.

A. G. DE PARIS P.P. EXTR. I. SOL. 4. D. LAF.

3.° Legit meritissimus Syndicus instrumentum sibi denuntiatum, quo fidelissima Picardorum Natio intercedit, ne conclusio die 23 mensis proxime superioris ab academico Tribunali facta executioni demandetur, dixit que se audivisse Venerandam Normanorum Nationem huic ~~conclusioni~~ intercessioni C. v. S. adhærere, quod ultro fassus est ornatissimus dictæ Venerandæ Nationis Procurator. De præfata intercessione dixit meritiss. idem Syndicus se rem totam Tribunalis academici judicio relinquere ac permittere, se tamen adversus ejusmodi intercessiones, pro suo Syndici jure et officio contestari, quatenus academici Tribunalis autoritati et jurisdictioni nocere possent, actumque petere suæ contestationis. Postquam res multis verbis disceptata et in plurimas partes versata fuit, ut ventum est ad deliberationem dictæ sunt sententiæ in hunc modum: Sapientissimus Theologicæ facultatis Syndicus, Decani vices in Tribunali gerens, censuit habendam esse rationem intercessionis Picardicæ Nationis, cui adhæret Normana Natio; abjiciendam Conclusionem factam die 23 Martii proxime elapsi; meritissimo Syndico dandum esse actum, quem postulat. Consultissimus jurium Decanus retinendam esse conclusionem factam die 23 Martii et executioni demandandam, salvâ nec obstante Picardicæ Nationis intercessione, cui Normana Natio adhærere dicatur, cujus quidem intercessionis dandum esse actum ornatissimo utriusq Nationis Procuratori, quemadmodum et meritissimo Syndico suæ contestationis. Sapientissimus Medicorum Decanus censuit cum Decano jurium. Ornatissimus Galliæ Procurator, censuit cum Theologiæ Decano. Ornatissimi Picardiæ et Normaniæ Procuratores sententiam non tulerunt. Ornatissimus Germaniæ Procurator, censuit cum Sapientissimis jurium et Medicinæ Decanis. Rogatus amplissimus Rector a Consultissimo jurium Decano ut concluderet, dixit, quum videat hinc institutas intercessiones, illinc sententias variatas, nolle in præsentiâ quidquam concludere, multo malle, tempus et locum ampliori deliberationi relinquere, si qua forte rei conciliandæ ratio iniri queat. Intra triduum habitum iri synodum academicam, tunc rem posse retractari; sed nihil se in præsentia concludere.

4.° Placuit rogari Meritissimum Syndicum, Ornatissimos Galliæ et Picardiæ Procuratores, et M. Morin Quæstoris vices gerentem, ut novæ domus construendæ formam, ab architecto delineatam, cum ipsis locis conferant videantque num illa forma aliqua parte peccet in ædium sive distributione sive dispositione, aut alia quavis ratione.

5.° Placuit indici diem hujus mensis decimam quintam ad excipiendas rationes Mgri Durand ab ejus hæredibus reddendas.

Et ita super his capitibus, excepto tertio audito prius super singulis M. Le Neveu Syndico Conclusit Amplissimus Rector.

Hamelin Rector

7 April. Anno dñi 1750 die Septimâ aprilis, horâ Septima Matutinâ, habita est in Maturinensi Synodus Academica.

Post habitam ab amplissimo Rectore orationem, Beneficiati Universitatis hocordine appellati sunt

Pastores Ecclesiarum Parochialium.

M. Christophorus Bellot Licentiatus Theologus Pastor Ecclesiæ parochialis SS. Cosmæ et Damiani.

M. Claudius Leger, in artibus Magister, Pastor Ecclesiæ parochialis S. Andreæ ab arcubus

M. Joannes-Baptista-antonius Cotelle, Licentiatus Theologus Pastor Ecclesiæ parochialis S. Germani Senioris, ab Universitate inter majores beneficiatos ultimò nominatus, designante Veneranda Normanorum natione.

Capellani

M. Carolus Tabourin, in artibus Magister, Capellanus Capellaniæ B. Mariæ in Ecclesiâ parochiali S. Andreæ ab arcubus.

Capellaniarum Savoësianarum

M. franciscus-Carolus Dufour, Doctor Theologus et Ecclesiæ Parisiensis Canonicus.

M. Petrus-Stephanus Gourlin, Baccalaureus Theologus.

M. Andreas Potier, Baccalaureus Theologus.

(Quarta Capellania Savoësiana vacat per obitum M. Josephi Ravy, Baccalaurei in jure canonico, ultimi illius possessoris pacifici)

M. franciscus Brenet, Baccalaureus Theologus et Grammaticæ professor in Harcuriano, ab Universitate inter minores beneficiatos ultimò nominatus, designante et præsentante Veneranda Normanorum Natione.

Capellaniarum de Castelleto

M. Petrus Meurice, Licentiatus in utroque jure.

M. Julianus Chabrun, Baccalaureus Theologus.

M. Petrus-Maturinus Vaillant, Baccalaureus Theologus.

Capellaniarum de Thesauro regio.

M. franciscus Witasse de fontaine, Licentiatus Theologus.

franciscus Monchablon presbyter.

Absuerunt MM. Tabourin, Dufour, Meurice, Chabrun, Vaillant, Witasse de fontaine, Monchablon. pro quinque, scilicet MM. Tabourin, Dufour, Meurice, Vaillant et Monchablon prolata est causa absentiæ legitima.

Audito M. ~~Le Neveu, Syndico~~ Morin, Prosyndico, Placuit, præsentes laudari, absentes vero, qui sonticam absentiæ suæ causam dedere, pro excusatis haberi, cæteros mulctâ solitâ damnari.

Et ita conclusit amplissimus Rector.

I. Postquam recesserunt Beneficiati Academici ornatissimus Germaniæ Procurator protulit ac tradidit conclusionem suæ nationis die vigesimâ-primâ mensis Martii ultima elapsi factam, qua constat

G. DE PARIS P.P. EXTR. I. SOL. 4. D. LAF.

M. Georgium Inése, presbyterum Scotum virum procuratorium, Collegii Scotorum in hac universitate fundati Primarium, a præfatâ Natione, in turno, quod aiunt, existente, electum fuisse ac nominatum ad unam ê Capellaniis Savoïsianis, vacantem per obitum M. Josephi Ravy, ultimi illius possessoris pacifici; postulavit que idem Procurator ut ea nominatio per universitatem probaretur et acciperetur, visa conclusione Tribunalis Academici, die 2 Martii 1748 factâ, quâ constat M. franciscum Brenet, qui in ordine minorum beneficiorum ultimó nominatus fuit, designatum et præsentatum fuisse a Venerandâ Normanorum Natione, atque adeo præsentandi vices ad constantissimam Germanorum Nationem esse revolutas, visâ præfatâ dictæ Nationis Germanicæ conclusione die 21 Martii ultimó elapsi factâ, audito M. Morin prosyndico, Placuit probari et admitti nominationem ac præsentationem præfati M. Inése, ad unam e Capellaniis Savoïsianis vacantem per obitum M. Josephi Ravy, ultimi illius possessoris pacifici.

2°. Resumptum est negotium, quod habetur tertio capite conclusionis die quartâ hujus mensis factæ, de novæ domûs academicæ constructione. Quum autem publicarum Lectionum instaret hora, Placuit, transmitti ad alia Tribunalis Academici Comitia extra ordinem et gratuitó habenda, die Sabbati hujus mensis undecimâ.

Et ita super his duobus capitibus amplissimus Rector Conclusit.

Hamelin

Anno dñi 1750 die undecimâ aprilis, habita sunt extra ordinem Comitia deputatorum Universitatis apud amplissimum Rectorem in Dormano-Bellovaco, pro ut Statutum fuerat in comitiis die septimâ hujus mensis habitis, et in his comitiis interfuit vir honestus D. de Blignieres, ordinarius Universitatis architectus æstimator. 11. April.

Accessit vir honestus D. Richard, architectus seu Latomus Universitatis ordinarius, ac dixit se per meritissimum Syndicum rescivisse, die 23ª mensis proxime elapsi, Tribunali Academico Placuisse, ut æstimatis operum Lapidariorum in novâ domo faciendorum pretiis adderetur summa mille et quingentarum libellarum, in modum supplementi adjiciendarum; se conditionem hanc accipere, paratum que esse opus aggredi, ubi Tribunali academico visum fuerit.

His dictis, rogatus est secedere, dum deliberaretur. Eo digresso repetitum est negotium, jam sæpius tractatum, de constructione novæ domus. Prolatæ sunt in medium variæ rei conciliandæ rationes, quarum nulla placuit. Quum diu agitata res esset, nec magis, quam antea, animi concordarent, aliis conclusionem die 23ª Martii factam retineri, aliis abjici ac deseri volentibus, tandem Amplissimus Rector, revocato præfato Richard dixit, operâ tua uti in construendâ nostrâ domo vehementer exoptamus; sed dissidium est inter nos, ideoque nos te rogamus, quam possumus enixe ut rationem aliquam ineas, qua dissidium illud tollatur. Respondit præfatus Richard, se, ut

ostendat quam Universitati sit addictus, paratum esse opus suscipere, si D. de Blinieres (qui praesens erat) suam aestimationem, quod ad opera lapidaria spectat, velit de novo et ex animi conscientiâ expendere; quidquid judicaverit, sive relinquenda pretia, qualia primum apposuit, sive augenda existimet, se dare et obligare suam fidem, se illius judicio subscripturum. Illo è Comitiis egresso, in iisdem remanente D. de Blinieres, Re ad deliberandum ab amplissimo Rectore propositâ, audito M. Le Neveu Syndico, omnes deputati, scilicet ornatissimi Picardiae et Normaniae Procuratores sub beneplacito suarum nationum, caeteri simpliciter oblatam a D. Richard conditionem accipiendam esse censuerunt. Et ita conclusit amplissimus Rector. Et statim, revocato praefato Richard viva voce Tribunalis academici sententia pronunciata est, cui dixit se libenter subscribere, et in eam rem fidem suam iterum obligavit.

Hamelin Rector

Anno dñi 1750 die decimâ-quintâ aprilis habita sunt comitia deputatorum et adjunctorum Universitatis apud amplissimum Rectorem in Dormano-Bellovaco ad excipiendas rationes accepti et expensi a Kalendis Januariis anni 1749 ad diem septimam februarii anni 1750 â M. Ludovico-Nicolao Durand Universitatis Quaestore atque etiam ab ejus haeredibus: quae quidem rationes redditae sunt per M. Dominicum Morin grammaticae professorem in Cardinalitio, haeredum M. Durand praefati procuratorem.

1°. Auditis probatisque rationibus, compertum est mille et trecentas libellas cum octodecim assibus et uno denario expensas fuisse per hoc temporis intervallum, praeter quam quae per idem tempus accepta sunt. Quamquidem summam, placuit, quamprimum dictis haeredibus redhiberi.

2°. Deinde, placuit, eos ab omni nexu erga universitatem solutos declarari his verbis et cautionibus: Dechargé les heritiers et ayant cause de Me. Louis-Nicolas Durand ci devant Receveur de l'Université du cautionnement fourni a l'Université par le dit Me. Durand pour fait de sa recette le 4 Mai 1743. Ordonné que l'acte dudit cautionnement, estant au Greffe de l'Université sera remis aux dits heritiers. Autorisé M. Le Recteur de donner acte de cette ditte decharge en marge des minutes dudit cautionement estant chez les Notaires, ou les differentes parties de ce cautionnement ont été passées.

Et ita super his duobus capitibus conclusit amplissimus Rector./.

Hamelin Rector

23. April. Anno dñi 1750 die vigesimâ tertiâ mensis aprilis, habita sunt extra ordinem et sine sportulis comitia Deputatorum Universitatis apud amplissimum Rectorem in Dormano-Bellovaco.

1°. Lecta et recognita sunt quae superioribus Comitiis, scilicet diebus 23 Martii, 4a, 7a, 11a aprilis acta fuerant et statuta.

2°. Dixit meritissimus Syndicus se fama accepisse, contestationem a se institutam in Comitiis Tribunalis academici die 4a hujus mensis, ne ullatenus Normanicae Nationis intercessio Tribunalis academici juribus et autoritati noceret male exceptam et habitam fuisse in Comitiis

U. DE PARIS P.P. EXTR. I. SOL. 4. D. LAF.

Nationis Normanicæ, visusque est nonnihil conque=
=ri de ornatissimo dictæ Nationis Procuratore, quasi fortasse rem non
satis accurate suæ nationi retulisset, de prædicta contestatione ne
minimum quidem dixisse verbum, quod invidiæ verti posset,
neque quidquam superilla misisse in deliberationem. Dixit Meri=
=tissimus Syndicus satis sibi abunde que esse, quod præsentem
hanc ornatissimi Normaniæ Procuratoris declarationem audiat,
petiit que actum tum suæ tum illius præfatæ declarationis.

3°. Accessit vir honestus D. de Blinieres Universitatis archi=
=tectus ordinarius, qui dixit se eam primæ suæ estimationis par=
=tem, quæ spectat ad opera lapidaria, serio retractasse, pro ut
sibi in postremis comitiis mandatum fuerat. Neque vero se suo
judicio fuisse contentum, sed rem communicasse cum duobus
celeberrimis architectis, quorum alterum, nempe D. addenet,
aliquibus e clarissimis Tribunalis academici Deputatis ac nomina
tim amplissimo D. Rectori notum esse; utrumque separatim
consultum judicasse, quod et ipse judicaverit, pretia primæ suæ
æstimationis in tribus quatuorve articulis esse leviora, in cæteris
omnino justa. horum autem sententias ab ipsis scriptas expli=
=catas et subsignatas protulit idem D. de Blinieres: interrogatus
que, quam ad summam evasura esse existimaret quæ singilla=
=tim adjicienda scripsissent, ex universo opere spectata, dixit,
existimare se adjectiones illas posse ad summam octingentarum
nongentarum ve libellarum evadere, sed ultra mille non exces=
=suras.

4°. Legit Universitatis scriba intercessionis actum simulque
supremi senatus decretum ex libello supplice, quod aiunt, â
venerandâ Normanorum Natione obtentum, ipsi que scribæ
denuntiatum, ne ab operum in novâ domo construendorum
descriptione et æstimatione, ab Universitatis architecto factâ, et
ab academico Tribunali die 7ª Mensis Martii comprobatâ et adop=
=tatâ, ullatenus discederetur.

5°. Dixit ornatissimus Picardiæ Procurator, suam nationem
adhærere omnibus actis a veneranda natione denuntiatis.

6°. His omnibus ita positis, amplissimus Rector sententias ro=
=gavit. Audito M. Le Neveu, Syndico, ex majore suffragiorum nu=
=mero, placuit, consuli ordines academicos.

Et ita conclusit amplissimus Rector. /. Lamelin Rector

Anno dni 1750 die secunda mensis Maij habita sunt 2 Maii.
comitia ordinaria Deputatorum Universitatis apud amplissimum
Rectorem in Dormano-Bellovaco. Quibus in comitiis interfuit Mgtr
Verdelhan Doctor Regens Saluberrimæ facultatis, loco Mgtri Martinenq
ejusdem facultatis Decani, morbi causâ absentis.

I°. M. Le febvre Doctor et Professor Sorbonicus, loco et nomine M.
Petri Sigorgne Diaconi Virdunensis, Lutetia absentis, supplicavit pro Litte=
=ris nominationis eidem M. Petro Sigorgne concedendis, jure Magisterii

artium et quinquennii. De hac Supplicatione retulit M. Le Neveu Syndicus, ac dixit, se vidisse, ~~tum~~ litteras testimoniales quibus constat Legitimum Studii quinquennis tempus fuisse a praefato M. Petro Sigorgne rite confectum, caetera que instrumenta ad hanc Supplicationem requisita, in quibus omnibus nihil desiderari; nemini notam non esse causam, quâ praefatus Sigorgne abesse cogatur atque adeo non possit Scipsum Supplicem sistere, sibi itaque videri nihil detrimenti passuram disciplinam academicam, si Procuratio M. Le febvre, ejus loco Supplicantis, admittatur. Re ad deliberandum proposita, placuit, admitti procurationem M. Le febvre et ex pluralitate Suffragiorum litteras nominationis concedi M. P. Sigorgne.

2°. Claudius Henriot in artibus Magister Supplicavit pro Licentiâ aperiendi in hac urbe Paedagogii Sub clientelâ Universitatis. Placuit Nominari ornatissimos Galliae et Normaniae Procuratores, qui in eum inquirant ac de eo in proximis Comitiis referant.

3°. Dixit amplissimus Rector se ante quatuor dies accepisse Epistolam, qua vir honestus Richard ordinarius Universitatis architectus seu Latomus Significat se subscripsisse descriptioni operum in nova domo academicâ faciendorum et pretiorum aestimationi factae a D. de Blinieres Universitatis architecto aestimatore ordinario pro ea operum parte, quae ad se spectat, hanc que epistolam statim a se fuisse cum singulis ordinibus academicis communicatam, cumque postulasset meritissimus Syndicus, ut Deputati referrent singuli Suorum ordinum deliberationem, Rogati ab amplissimo Rectore praefati Deputati sic retulerunt. Sapientissimus M. Milet Theologiae Syndicus vices que Decani in Tribunali academico gerens dixit, suae fidei relictum a facultate Theologica ut eam partem amplecteretur, quam crederet Universitati utiliorem. Cum igitur Nationes Picardica et Normana nihil aliud suis intercessionibus postulaverint nisi ut staretur conclusione facta die Septimo Mensis Martii proxime elapsi nihil que mutaretur in aestimatione pretiorum ab Universitatis Architecto singulis operum generibus assignatorum, cumque vir honestus Richard Latomus Universitatis ordinarius cum aliis opificibus Universitatis ordinariis praefatae descriptioni et pretiorum aestimationi nude et simpliciter subscripserit, videri sibi e re Universitatis esse, ut conclusione die 7ª Martii facta stetur ea que conclusio executioni demanditur, salvis semper et illaesis reverentia et obsequio, quae debentur decreto Supremi Senatus die 20 aprilis facto. Idem de se ac de suo ordine dixit consultissimus Jurium Decanus. Idem pariter de sua facultate vir Clarissimus Mgter verdlhan Medicinae Decani vices hodiernis in Comitiis gerens. Idem de honorandâ Natione ornatissimus Galliae Procurator. Ornatissimi Picardiae et Normaniae Procuratores dixerunt Nationes suas perstare in intercessione â se institutâ et denuntiatâ diebus 25 Martii et 20 aprilis et in Senatusconsulto a se obtento die 20 aprilis, atque hujus suae declarationis actum petierunt. Postularunt etiam descriptionem operum et pretiorum aestimationem ab Universitatis architecto aestimatore factam secum communicari atque etiam cum iis operariis, qui minimo pretio licitare vellent. Praeterea ornatissimus Nor=

G. DE PARIS P.P. EXTR. I. SOLA. D. LAF.

=maniæ Procurator exhibuit ac legit instrumen=
=tum autenticum, quo Latomus quidam nomine Brice declarat
oblato etiam fidejussore, se peratum esse opera, quæ sunt La=
=tomi, suscipere ter mille libellis infra summam pretiorum
huic parti assignatorum a Dño de Blinieres. Exhibuit etiam
libellum quemdam memorialem de pretiis singulis operi=
=bus assignatis, et utriusque illius exhibetionis actum petiit.
Ornatissimus Germaniæ Procurator de se ac de sua Natione
idem dixit, quod sapientissimi Decani et Ornatissimus Galliæ
Procurator dixerunt. Dictis sententiis atque ab Amplissimo
Rectore resumptis, Ex majori suffragiorum numero dic=
=tum est, videri ê re Universitatis esse ut status conclusione
die septima Martii proxime elapsi facta et pretiorum æsti=
=matione per eam conclusionem adoptata, salvis semper re=
=verentiâ et obsequio, quæ debentur decreto supremi Sena=
=tus die 20 aprilis facto. atque ita conclusit amplissimus Rec=
=tor sub beneplacito tamen supremi Senatus nihil que decer=
=nendo, quod sit contrarium præfato Senatusconsulto die 20
aprilis facto. Placuit etiam, dari Ornatissimis Picardiæ et
Normaniæ Procuratoribus actus, quos peterent.

4°. Placuit porrigi â meritissimo Universitatis Syn=
=dico Libellum supplicem supremo Senatui, ut prohibitiones
in præfato Senatusconsulto factæ removeantur et conclusio die
septimâ Martii factâ cum operum descriptione et pretiorum
æstimatione per eam adoptatis auctoritate Senatûs confir=
=metur.

5°. Prius tamen quam libellus ille supplex offeratur,
omnes Deputati rogarunt Amplissimum Rectorem, pro
suâ prudentia pro que eâ, quâ pollet, persuadendi vi, cum Pi=
=cardiæ et Normaniæ proceribus agat, ut, si fieri possit, res amicè
et sine strepitu forensi componatur.

Atque ita super his quinque capitibus, audito prius
super singulis M. Le Neveu Syndico Conclusit amplissimus Rec=
=tor. /.

[signature] Rector

Anno Dñi 1750 die sexta Junii habita sunt co= 6. Jun.
=mitia ordinaria Deputatorum Universitatis apud Amp=
=lissimum Rectorem in Dormano-Bellovaco. quibus in
comitiis primum interfuit M. Antonius Bartholomée, no=
=vus Picardiæ Procurator.

1°. Supplicavit pro Litteris Nominationis jure Magisterii
artium et Quinquennii M. Josephus-Hilario de Mery de la
Canorgue, presb. aptensis. De eo retulit M. Le Neveu Syndi=
=cus ac dixit se vidisse tum ejus Litteras Magisterii, tum Pro=
=fessorum, quos audivit, testimonia, quibus constat, quinquen=
=nium academicum fuisse ab eo rite confectum, cæteraque
instrumenta ad hanc supplicationem requisita, in quibus om=

nibus nihil desiderari, nisi quod nomina præfati Supplicii male scripta sunt in actis academicis. Audito meritissimo Syndico, Placuit, annui postulationi præfati Supplicis ea conditione, ut nomina sua reformari curet in actis academicis.

2°. Lecta et recognita sunt quæ fuerant in superioribus Comitiis acta et statuta.

3°. Audita relatione ornatissimorum Galliæ et Normaniæ Procuratorum de Claudio Henriot artium Magistro, qui postremis comitiis licentiam appetiverat hac in urbe pædagogii sub clientela Universitatis petiendi; audito M. Yvain pro pædagogorum academicorum Procuratore, sive agente, morbi causa absente; audito pro re academicâ M. Le Nevet, Syndico, Placuit, admitti præfatum Claudium Henriot.

4°. Placuit, sacras Universitatis Supplicationes ad diem hujus mensis decimum-nonum indici.

5°. Placuit quoque, suos singulis concertationibus Scholasticis ad præmiorum adeptionem dies assignari et indici, hoc scilicet ordine

Rhetores: Die jovis 11. Junii orationem græcam in gallicam vertent.
Mercurii 17. Carmen Latine scribent.
Lunæ 22. orationem scribent gallicè.
Sabbati 27. alteram orationem scribent Latine.

Secundani: Veneris 12. Junii orationem græcam in gallicam vertent.
Jovis 18. Latinam in gallicam vertent.
Jovis 25. Carmen Latinè scribent.
Martis 30. orationem gallicam in Latinam vertent.

Tertiani: Sabbati 13. Junii græcam orationem vertent in gallicam.
Sabbati 20. Latinam vertam in gallicam
Veneris 26. gallicam in Latinam vertent.

6°. Nominavit amplissimus Rector, qui legant et expendant dandas concertatorias Scholasticorum Scriptiones, in Rhet. MM. Fromentin, Crevier, Lallemand, Quevelle. In secundo ordine MM. Petrum Germain, Guerin, Dagoumer, Fougault. In tertio MM. Guenee, Lambert, Carouge, Le Beau junioreum. Placuit eam nominationem probari.

7°. In promulgatione Eloquentiæ Latinæ præmii ex liberalitate Dni Coignard instituti, Placuit, duos, qui ad præmium proxima accesserint non nominibus suis appellari sed designari tantum ex sententiis quas orationibus suis adjunxerint, nisi ipsi declarent se velle nominari.

8°. Quod dictus ejusdem vir eruditus D. de la Chapelle præparatum habeat opus quoddam a se scriptum de aliquâ Mathesos parte

G. DE PARIS P.P. EXTR. I. SOC. D. LAF.

quod quidem opus perutile videatur fore adolescentibus, qui Physicæ aut Mathematicæ dant operam. Illi autem in animo esse opus illud Universitati Parisiensi dedicare, si ipsa non dedignetur. Placuit laudari præfati viri voluntatem, nominari autem MM. Mazeas et Fourneau, Philosophiæ Professores, qui opus illud expendant videantque an deceat, Universitatem illius dedicationem accipere.

9° De operum in Domo Sanjacobæanâ faciendorum descriptione cum singulorum pretiis, factâ a D. de Blinieres Universitatis architecto, quam Ornatissimus Picardiæ Procurator dixit peres se esse, a se nimirum cum suâ Natione communicandam,

Placuit eam descriptionem intra dies octo ab eodem Ornatissimo Procuratore tradi amplissimo Rectori, ut deinde idem amplissimus Rector, vocatis ad se, qui conclusione factâ die 4ª mensis aprilis proxime præteriti ad id nominati sunt, scilicet meritissimo Syndico, ornatissimis Galliæ et Picardiæ Procuratoribus et M. Morin, vices Quæstoris gerente, cum ipsis videat, num forma domûs, qualis in ea descriptione delineata est, aliqua parte peccet.

Et ita super his novem capitibus, audito prius super singulis M. Le Neveu Syndico, conclusit amplissimus Rector./.

Hamelin Rector

Anno dni 1750 die decimâ-nonâ Junii habita sunt Comitia centuriata Universitatis in Maturinensi ad Sacras Universitatis Supplicationes. 19. Jun.

Primum in angulo confessum est ubi supplicavit pro Litteris nominationis jure Magisterii artium et Quinquennii M. Carolus-Joannes de Pracomtal, Nivernensis, acolythus antiquæ observantiæ ord. Cluniacensis expresse professus. De hoc retulit M. Le Neveu Syndicus ac dixit se vidisse, tum ejus Litteras Magisterii, tum Professorum, quos audivit testimonia, quibus constat Quinquennium academicum fuisse ab eo rite confectum, cætera que instrumenta ad hanc supplicationem requisita, in quibus omnibus nihil desiderari. audito M. Le Neveu Syndico, Placuit, suum, præfato supplici postulatum concedi.

Mo Georgius Inése præsentatus a Germanicâ natione die septimâ aprilis ad unam e Capellaniis Savoesianis vacantem per obitum M. Josephi Ravy ultimi illius possessoris Sacramentem præstitit et in ejus possessionem inductus est per traditionem libri, ut moris est. Inése. [Capellan.

Sacramentum item præstitere Joannes-Baptista-Paulus Valleyre, Carolus Pecquet et Jacobus Merigot novi Librarii ab uno ex adjunctis præsentati. Valleyre Pecquet Merigot {Librar.

Deinde itum est in Comitium, ubi, postquam, peroravit

amplissimus Rector, omnes academici ordines rata et grata habuerunt quæ gessit ampl. Rector in suo trimestri Magistratu ipsi que litteras commendatorias decreverunt et amplum præbue=re comitatum vitæ præcedenti ad eadem Deo sacram sub invo=catione S. Germani Senioris.

Ibi Pontificem egit S. M. Guarguy doctor Theologus. Sacram ad populum concionem habuit S. M. Seyther doctor Theologus. Eucharisticam ad pontificem M. Collet Grammaticæ Professor in Dormano-Belovaco.

23. Jun. Anno Dñi 1750 die vigesimâ-tertiâ Junii habita sunt comitia generalia præclaræ artium facultatis in Mazarinensi.

Poivet. Factâ ab amplissimo Rectore supplicandi potestate, sup=plicavit Joannes-Franciscus Poivet presb. parisinus, qui quidem exposuit se olim per biennium, nempe a Remigialibus anni 1698 ad ferias academicas anni 1700, lectiones philosophicas M. Le Cordelier in collegio Mazarinæo professoris scriptis et auribus excepisse: sed tanto temporis abhinc intervallo se et litteras Professoris sui testimoniales et Codices philosophicos amisisse, con=tare tamen de studii sui philosophici temporeet diligentiâ tum per catalogos in Universitatis Tabulario depositos, in quibus ins=cripti reperiuntur singulis quatuor semestribus, tum per testi=monium scripto datum et subsignatum a viris quos tunc habuit condiscipulis, qui quidem etiam nunc vivunt. Postulavit itaque supplicitèr ut testimonium hoc pro litteris sui Professoris testimonialibus sibi valeat, et suum dispensetur de exhiben=dis codicibus cum ad examina pro Magisterii artium gradu

de Mery de la Canorgue. accedet Josephus-Hilario de Mery de La Canorgue presb. ap=tensis ut ne sibi noceat quod omissum est prænomen suum Hilario et nomen gentilitium de Mery sive in Litteris Magis=terii, sive in aliis actis quibuscumque academicis; Ludo=

Savary de Lancôsme. vicus-Franciscus Savary de Lancôsme acol. bituricensis, ut ne sibi noceat quod scripserit se Franciscum Ludovicum in

Bourel de Bronville. Catalogis: Joannes-Baptista Bourel de Bronville, clericus Car=notensis, ut ne sibi noceat quod pro cognomento de Bronville scripserit de Charville: Claudius-Adrianus Trudaine, acol.

Trudaine. ambianensis, ut ne sibi noceat quod appellatus sit Adrianus-Claudius sive in Litteris Magisterii sive in aliis actis quibus=

Tellier. cumque academicis: Montanus-Antonius Tellier Diac. Lau=dunensis, ut ne sibi noceat quod scripserit se Antonium-Montanum

Lachelin. in Catalogis: Thomas-Franciscus Lachelin clericus audoma=rensis, ut ne sibi noceat quod pro Francisco scripserit se Joseph=

Cordier. um in Catalogis: Joannes Cordier clericus cenomanensis, ut ne sibi noceat quod scripserit se Joannem-Baptistam in posteriore

de Morangiés Physicorum catalogo: Alexander-Joannes-Franciscus de Moran=

G. DE PARIS P.P. EXTR. I. SOL. D. LA F.

giés cleric. mimatensis ut immunis fiat ab onere Scriben=
=di lectiones philosophicas, tum quæ dictatæ sunt a mense Mar=
=tio hujus anni, tum quæ deinceps dictabuntur propter pec=
=toris infirmitatem et debilitatem oculorum, testante M. La
Sourdiere Doctore Medico Parisiensi: Leo-Petrus Merlet
Parisinus, ut ne sibi noceat, quod Scholas philosophicas fre= Merlet.
=quentare non potuerit a Kalendis circiter januariis hujus
anni ad Kalendas Maias subsequentes atque adeo nomen
suum in catalogo ultimi hujus semestris inscribere non
potuerit morbo scilicet impeditus gravissimo, quem testatur
M. Bouvart doctor Medicus Parisiensis. De his supplicibus
retulit M. Le Neveu Syndicus. quo audito, dimissæ Nationes
ab amplissimo Rectore ad deliberandum retulerunt se rata
et grata habere quæ gessit amplissimus Rector in suo trimestri
Magistratu ipsi quæ eo nomine litteras commendatitias de=
=cernere; confirmatos a se quatuor viros mane electos, scilicet
MM. Marcland in honorandâ Natione, Prophete, in fidelis=
=simâ, Hecquard, in venerandâ, Guerin eloquentiæ professore
in Sorbonæ-Plessæo in constantissimâ ac demum se omnibus
supplicibus indulgere, hac appositâ conditione a meritissimo
Syndico petita ut ad Marginem litterarum Magisterii, quas
obtinebit præfatus Merlet mentio fiat hujusce conclusionis
ne forte obtentâ gratiâ abuti possit ad impetrandas Litteras
nominationis, quod legibus esset contrarium. fidelissima Natio
et Veneranda rogarunt amplissimum Rectorem ut propone=
ret ad deliberandum, num vellent Nationes litem de nova cons=
=tructione domus academicæ exortam arbitrio Illustrissimi
Procuratoris Catolici dirimendam permitti.

De ea re audito atque etiam postulante M. Le Neveu
Syndico Nationes ab amplissimo Rectore ad deliberandum
demissæ retulerunt unanimi consensu se censere enixe rogan=
=dum esse illustrissimum Procuratorem catolicum ut præfa=
=tam Litem ipse velit tanquam arbiter dirimere et componere.

Et ita Conclusit amplissimus Rector.

Tum quatuor viri dicto prius solemni Sacramento in
conclave se contulerunt, unde digressi per M. Marcland
retulerunt se fasces Rectorios unanimi consensu prorogasse am=
=plissimo viro M. Paulo Hamelin Rectori, quæ prorogatio sta=
=tim a singulis nationibus confirmata est. Et ita conclusit am=
=plissimus Rector./.

Hamelin Rector

4. Jul. Anno dñi 1750 die quartâ mensis Julii habita sum Comitia ordinaria Deputatorum Universitatis apud amplissimum Rectorem in Dormano-Bellovaco.

1°. Supplicarunt pro Litteris Nominationis juve Magisterii artium et quinquennii MM. Joannes-Jacobus Fiol, presb. Cabillonensis, Joannes-Jacobus Poupart diac. Parisinus, Nicolaus Broquet, diac. Rotomagensis, Josephus Gemyt, acol. Clavomontensis. De his retulit M. Le Neveu, Syndicus, ac dixit se vidisse, tum eorum Litteras Magisterii, tum Professorum, quos audiverunt, testimonia, quibus constat Quinquennium academicum fuisse ab iis rite confectum, cætera que instrumenta ad hanc Supplicationem requisita, inquibus omnibus nihil desideravi. Audito meritissimo Syndico placuit, sua prafatis Supplicibus postulata concedi.

2°. Lecta et recognita sunt que fuerant in superioribus Comitiis acta et statuta.

3°. Dixit Amplissimus Rector, tres e Scholaribus Rhetoricis, qui de præmiis academicis concertarunt, Scriptiones suas horâ tantum Septimâ obtulisse, quum per leges ea deponi positas Scriptiones ille debuissent intra sextam offerri actradi, Scriptiones illas apud se esse depositas, postulare, quid fieri deceat. Dictum est, a Lege non recedendum, quum præsertim ea lex auctoritate Supremi Senatûs munita sit, et consequenter Scriptiones illas non esse admittendas.

4°. Placuit, proxima Comitia ordinaria, que in diem mensis augusti primam incidunt ad diem ejusdem mensis octavam differri, ut qui hoc anno quinquennium academicum finiant, eo que uti volunt ad Litteras nominationis obtinendas satis habeant temporis, quo Litteras Studiorum suorum testimonialis comparent eas que meritissimo Syndico inspiciendas tradant, ut lege cautum est.

De Negotio, quod spectat ad constructionem novæ Domûs nihil neque Statutum, neque deliberatum est, proinde quod operum descriptio et æstimatio, que postremis Comitiis decretum erat ut Amplissimo Rectori ante dies octo tradentur, nondum tradita sunt.

Et super quatuor ante scriptis articulis, audito prius super singulis M. Le Neveu, Syndico Conclusit Amplissimus Rector.

Ramelin Rector

G. DE PARIS P. P. EXTR. I. SOL. 4. D. LAF.

Anno dñi 1750, die octavâ mensis Augusti habita sunt Comitia ordinaria Deputatorum Universitatis apud amplissimum Rectorem in Dormano-Bellovaco. 8. Aug. 1750.

I° Supplicarum pro litteris Nominationis jure Magisterii artium et quinquennii MM adrianus de Vincheguerre, cler. parisinus; Antonius-Mauricius Arestens, acol. parisinus; Augustus-franciscus-Ignatius Palisot, Subdiac. atrebas; Antonius Dubois, presb. Bellovacus; Benedictus Grellet, Subdiac. claromontensis; Claudius-franciscus-Guillelmus-Gabriel Chopier, acol. Carnotensis. Carolus Ronflé, presb. Cenomanensis; Corentinus-Maria Le Gendre, Subd. Corisopitensis; Carolus Halleur, Subd. Bellovacensis benef.; Claudius-Nicolaus Buirette, Diac. Catalaunensis; Claudius-franciscus de Barthelot Dozenay, Subd. Matisconensis. franciscus-Alexander Laurens Duvillards, Subd. pictaviensis. franciscus-Joannes Chardon, Diac. Turonicus; Josephus Lafont, Subd. claromontensis. Gerardus Meunier, presb. Carnotensis; Gabriel Tocquot, presb. Virdunensis. Guido-Thomas Planter, Subd. aquensis; Georgius Renout, clericus Cenomanensis. henricus Mauricius de la Barre, Diac. Nivernensis; hugo-antonius Dubertrand, acol. Parisinus; Joannes-Baptista de la rue, acol. Bellovacensis, benef. Joannes Robin, acol. parisinus; Joannes-Baptista Le Rat, presb. Rotomagensis. Jacobus Robert, subd. Rupellensis; Joannes-Mathias Viard, presb. Virdunensis; Joannes-Petrus Jayet, acol. Lugdunæus. Joannes-Baptista la Riviere, presb. Boloniensis. Joannes-Baptista Godet, subd. Carnotensis. Josephus Greliche acol. claromontensis; Joannes Delneuf acol. parisiensis. Joannes Le Clerc, subd. Rotomagensis; Jacobus Michael Legendre, acol. Rotomagæus; Jacobus-Antonius Bocquet, acol. parisinus. Laurentius-Carolus Traullé, diac. ambianensis; Lucianus hochart, presb. bellovacensis. Ludovicus Lesueur, presb. Rotomagensis; Ludovicus-Carolus-franciscus Quesnescourt, acol. ambianus. Ludovicus-Bonaventura-Renatus-Josephus Guysdon, diac. Rotomagæus, Ludovicus-Savinianus Cochoix, cler. Senonensis. Michael Douville, diac. aurelius. Montanus-Antonius Tellier, diac. Laudunæus. Matthæus Bahu, presb. bellovacensis. Nicolaus Torterat acol. augustodunensis. Petrus Claye, acol. carnotensis. Petrus Nieps, presb. Trecensis. Petrus-Nicolaus Aignan, acol. aurelius. Petrus Hardy, presb. carnutæus. Philippus-Nicolaus Bachelay, acol. parisinus. Petrus-Joannes-Baptista Gargotteux, diac. Lingonensis. Petrus-Ludo

vicus-Henricus Baudouin, diac. Senonensis, benef.; Petrus-Douce, diac. Laudunensis; Renatus-Carolus Tachau, subd. Cenomanensis; Stephanus-Carolus Bachere, acol. parisiensis; Simon-alexander Berard, acol. Mimatensis. Stephanus-Benedictus Tresfort, subd. Trecensis; Thomas Welch, presb. Cestrensis anglo benedictinus. De his retulit M. Le Neveu Syndicus se divisse tum eorum litteras Magisterii, tum Professorum quos audiverunt, testimonia, quibus constat quinquennium academicum fuisse ab iis vite confectum, cetera que instrumenta ad hanc supplicationem requisita, in quibus omnibus nihil desiderari, nisi quod Joannes Robin adjecit in Litteris Magisterii cognomentum Dubos; Josephus Lafont, Scribitur Laffont in litteris tonsuræ; franciscus-alexander Lauvens de Villard, scribitur in litteris tonsuræ Lauvend de Villard; Petrus-Ludovicus-Henricus Baudouin, scribitur Baudoin in litteris tonsuræ. Accurto merito Syndico, placuit, sua præfatis supplicibus postulata concedi ita tamen ut, quorum nomina male scripta sunt, ea corum reformari, sive in actis academicis, sive in litteris clericalis tonsuræ.

2°. Lecta et recognita sunt quæ fuerant in comitiis superioribus acta et statuta.

3°. Comparuerunt M. Antonius Guenée, Eloquentiæ Professor in collegio Lexovæo, ex unâ parte; ex altera vero M. Antonius Le Seigneux, doctor Theologus et præfati collegii Primarius, in jus ex auctoritate amplissimi Rectoris vocatus a prædicto M. Guenée per libellum Vadimonii ipsi denunciatum ab Antonio Marchand uno ex apparitoribus academicis die quarta hujus mensis et in publicas Rationum adversariarum tabulas eadem die relatum.

Conquerebatur præfatus M. Guenée, quod sibi in Scholâ suâ publicè docenti prædictus Primarius obvenerit et lectionem interturbatâ multa objecerit, quæ ipse M. Guenée et falsa esse contendat, et si vera sint objici sibi publicè coram suis discipulis minimè deceisse. Deinde quòd idem Primarius, converso sermone ad ipsos Discipulos, iis denuntiaverit neminem ex iis expelli posse è Scholâ à Professore suo sine sua auctoritate, eos que diversis verbis venerit, si quem forte dictus Professor è Scholâ egredi jubeat, jubenti obtemperare. Quapropter postulavit præfatus M. Guenée ut prædictus Primarius criminationes, quas sibi publicè extulit coram Academico Tribunali probare teneretur, vel pro impositâ imminenti contumeliâ satisfacere adigeretur. Deinde ut præfato Primario interdiceretur ne vellet in posterum impedire quominus collegii Professores, eos ex discipulis suis, quos æquum censuerint, è Scholis expellant.

M. Le Seigneux Primarius, verba fecit, et de præfato M. Guenée

varias instituit querelas, quod divinis officiis, quæ in Collegii sacello celebrantur, nunquam interfit, quod ad scholam suam tardius accedat, quod hoc anno discipulos suos ter è scholâ demisserit antequam campana pulsaretur, quod pecuniam a scholasticis pro candelis petierit et receperit, quod incuente hoc anno unum discipulum in scholam suam sine licentiâ Primarii admiserit, quod alium ex eadem schola sine ejusdem Primarii autoritate ejecerit, quod de se in scholâ suâ contumeliose locutus sit. Quæ omnia idem Primarius dixit adversari Statutis Universitatis, quorum varios articulos citavit, ac præsertim academicæ sanctioni, quæ anno 1710 in lustratione Collegii Lexovii ab ipso academico Tribunali facta sit. Quapropter postulavit, ut præfatus M. Guenée hæc querelarum capita vera esse agnosceret, aut si negaret, sibi competenti liceat ea testium verbis confirmare. Petiit insuper, ut quæ præfatus M. Guenée in agendâ suâ causâ his in comitiis dixerit sibi communicentur, et suæ petitionis actum postulavit.

Auditis hinc inde partibus, Audito M. Le Nevu Syndico, Placuit antequam jus dicatur, ut Partes acta et instrumenta quæ allegarunt, duo quibus deinceps uti volunt ad tuendam suam causam, ac nominatim sanctionem academicam anni 1710 apud amplissimum Rectorem deponant, ut ea amplissimus Rector ipse examinet ac deinde cum academico Tribunali communicet.

4°. Placuit Rogavi ornatissimum Gallia Procuratorem et meritissimum Syndicum, ut inspiciant rationes mox reddendas à Magistro La forgue de administratione Collegii S. Michaelis.

5°. Quod dictum est, Chirurgos a Regio consistorio nuper tulisse decretum, in quo multa sunt juribus, legibus et usibus non modo salubervina, sed etiam præclaræ artium facultatis atque adeo totius Universitatis, non mediocriter adversantia, Placuit, consuli Patronos, qua ratione huic malo obviam ire queat.

6°. Quod dictum est ex Lite nuper exortâ inter duos Graduatos, quorum unus septennii privilegium in Universitate Remensi sibi attribui compertum esse, graves in ea Universitate abusus admitti, in iis præsertim quæ necessaria sunt ad illud privilegium sive consequendum, sive probandum: quos quidem abusus vergere in detrimentum quorumcumque graduatorum, ac præsertim eorum qui septennii jure in Universitate Parisiensi gaudent. De eâ re Placuit admonere Illustrissimum Procuratorem Catholicum, ut ipse pro suâ prudentiâ suoque in leges studio abusus illos tolli curet.

7°. Placuit, rogari meritissimum Syndicum et M. Morin Quarto

vis vices gerentem, in suam dein operam, quo domus Col=
=legii Rubantini in viâ amigdalinâ sita, quantâ maximâ
potuit cautione et utilitate electus.

8° Placuit Eloquentiæ Latinæ præmium ex Liberalitate
D. Coignard institutum in solemni præmiorum academico=
rum institutione post distributa Scholasticis præmia instas
coronidis proclamari.

Et ita super his octo capitibus, audito prius super sin
=gulis M. Le Noreu Syndico, concluſit amplissimus Rector.

12. Aug. Anno Dñi 1750 die duodecimâ mensis Augusti congregata est Universitas in Majoribus Sorbonæ Scholis, ubi post habitam â V. C. M. Carolo Batteux, Eloquentiæ Profes
=sore in Regiâ Navarrâ orationem, præmia academica pro
sente Supremo Senatu, distribuit, hoc ordine.

In Rhetoricâ.

Primum orationis latine ſcriptæ præmium inter Ve=
=teranos meritus et conſecutus est Ludovicus Ame, constan
=tiensis è collegio Harcuriano.

Secundum inter veteranos meritus et conſecutus est
Carolus-Vincentius Duplaquet San-Quintiniensis è Colle=
=gio Mazarinæo.

Inter veteranos proxime accesserunt,

Eugenius-Franciscus Du Brun Sanvalericanus, è colleg.
Graſſinæo.

Simon-Sebastianus Le Boucher, Vernonensis è colleg.
Graſſinæo.

Primum ejusdem orationis latine ſcriptæ præmium
inter recentiores meritus et conſecutus est Alexander-Claudius
le jau de Chamberjot, Parisinus è Collegio Dormano-Bellovaco.

Secundum inter recentiores meritus et conſecutus est
Ludovicus-Alexander-Augustus Achenet, Carnutensis, e Colleg.
Mazarinæo.

Proxime accesserunt

Carolus Hubertus Moreau, Parisinus, è Colleg. Lexovæo.
Thomas-Ludov-Alex. Mac-mahon, hibernus e Colleg. Sorbonæ Def.
Franciscus Mauduit, Constantiensis e Colleg. Harcuriano.
Joanney-Baptista-Victor Lebon, Parisinus è Colleg. Graſſinæo.
Petrus-Christophorus le Normand Rothomagensis è Colleg. Graſſinæo.
Ludovicus-Franciscus Revers, Constantiensis e Regiâ Navarrâ.

Primum orationis gallicè ſcriptæ præmium inter Veteranos
meritus et conſecutus est Carolus-Vincentius Duplaquet San-
-Quintiniensis è colleg. Mazarinæo.

G. DE PARIS P.P. EXTR. I. SOL. 4. D. LAF.

Primum ejusdem orationis præmium inter Recentiores meritus et consecutus est Gaspardus Ruffier, aballonensis ê colleg. Lexovæo.

Secundum inter Recentiores meritus et consecutus est alex. Claud. le jau de Chamberjot, Parisinus, ê Collegio Dormano-Bellovaco.

Proxime accesserunt.

Antonius Guyot, Lingonensis, ê Colleg. Sorbonnæ Pless.

Franciscus-Joannes-Baptista-Maximilianus le Rasle Aurelianensis, e Colleg. Dormano-Bellovaco.

Joannes-Antonius-hilarius Duny Burdigalæus e Colleg. Dormano-Bellovaco.

Ludovicus-franciscus Revers, constantiensis ê Regiâ Navarra.

Joannes-Baptista-Petrus Acher, Rothomagensis e colleg. Lexovæo.

Petrus-Antonius de la Roche, Parisinus e Colleg. Lexovæo.

Primum Carminis Latine Scripti præmium inter Veteranos meritus et consecutus est Antonius Guyot, Lingonensis e Colleg. Sorbonnæ-Plessæo.

Primum inter Recentiores præmium meritus et consecutus est Ludovicus-franciscus Revers, constantiensis e Regiâ Navarrâ.

Secundum inter Veteranos meritus et consecutus est Carolus Vincentius Duplaquet San-Quintiniensis e Colleg. Mazarinæo.

Proxime inter Veteranos accesserunt.

Nicolaus-alexius Copineau, Parisinus e Colleg. Sorbonæ-Plessæo.

Eugenius-franciscus du Brun, San-valericanus e Colleg. Grassinæo.

Secundum inter Recentiores meritus et consecutus est Petrus-Antonius la Roche Parisinus e Colleg. Lexovæo.

Proxime accesserunt

Joannes-Baptista-Petrus Acher, Rothomagensis ê Colleg. Lexovæo.

Michael-Antonius de Paris Parisinus e Colleg. Sorbonæ-Plessæo.

Joannes-Antonius-hilarius Duny Burdigalæus ê Collegio Dormano-Bellovaco.

Petrus Michel, Constantiensis ê Colleg. Harcuriano.

Ludovicus Ame Constantiensis e Colleg. Harcuriano.

Petrus-Antonius Dambesieux, anglus e Colleg. Lexovæo.

Primum orationis Græcæ in Gallicam conversæ præmium meritus et consecutus est Antonius Guyot, Lingonensis e Collegio Sorbonæ-Plessæo.

inter Veteranos.

Secundum inter veteranos meritus et consecutus est Ludovicus Ame, Constantiensis e Colleg. Harcuriano.

Proxime accesserunt inter Veteranos.

Carolus-Vincentius Duplaquet, San-quintiniensis ê collegio Mazarinæo.

Antonius-Josephus de Beaulieu de Thiezac, floropolitanensis e Colleg. Grassinæo.

Inter Recentiores primum ejusdem orationis præmium meritus et consecutus est Jacobus-Tussanus-Valericus de Lattre de Colliville, San-valericanus, e Colleg. Grassinæo.

Secundum inter recentiores præmium meritus et consecutus est Petrus Michel, Constantiensis e Colleg. Harcuriano.

Proxime Accesserunt.

Alexander-Claudius le Jau de Chamberjot, Parisinus e colleg. Dormano-Bellovaco.

Thomas-Ludovicus-Alexander, Macmahon, hibernus ê collegio Sorbonæ-Plessæo.

Matthias-Bernardus Goudin, Parisinus ê colleg. Mazarin.

Ludovicus-Antonius Brulart, Parisinus, ê Sorbonæ-Plessæo.

Achilles-Petrus Chabouillet, Parisinus, ê Colleg. Grassinæo.

Petrus-Matthias Charbonnet, e Collegio Mazarinæo.

In Secundo Ordine

Primum orationis Gallicæ in Latinam conversæ Præmium meritus et consecutus est Petrus Jacquin, Tullensis, ê Colleg. Sorbonæ-Plessæo.

Secundum meritus et consecutus est Ludovicus-Josephus de Calonne, Duacensis, e Colleg. Mazarinæo.

Proxime Accesserunt.

Joannes-Baptista-Gabriel Thierriat, Parisinus, ê Colleg. Grassinæo.

Michael Cahill, hibernus e Colleg. Sorbonæ-Plessæo.

Jacobus Leroux, albamacensis, e Colleg. Mazarinæo.

Petrus-Franciscus Patoux, Bellovacensis ê Sorb-Plessæo.

Carolus-Nicolaus le Roy, Parisinus e Colleg. Dorm-Bellovaco

Carolus-Ludovicus le Prince, Parisinus ê colleg. Mazarinæo.

Primum Carminis latine scripti præmium meritus et consecutus est Renatus-Augustinus foucault de la Bruyere Castrodunensis e Colleg. Sorbonæ-Plessæo.

Secundum meritus et consecutus est Franciscus Moore Dublinæus e Colleg. Lexovæo.

Proxime accesserunt

Petrus Jacquin, Tullensis e Colleg. Sorbonæ-Plessæo.

Petrus-Franciscus Patoux, Bellovacensis, ê Collegio Sorbonæ Plessæo.

Michael Cahill, hibernus, e Colleg. Sorbonæ-Plessæo
Joannes-Baptista-Gabriel Thiervias, Parisinus è Colleg. Grassinæo.
Carolus-Ludovicus le Prince, Parisinus è Colleg. Mazar.
Josephus Dixon, hibernus, è Colleg. Sorbonæ-Plessæo.

Primum orationis græcæ in gallicam conversæ præmium meritus et consecutus est Petrus Jacquin, Tullensis, e Collegio Sorbonæ-Plessæo.

Secundum meritus et consecutus est henricus-Augustinus de Pommiers de Saint-Bonnet, Valricensis e Collegio Mazarinæo.

Proxime accesserunt

Ludovicus-Josephus de Calonne, Diacensis è Colleg. Mazarinæo.
Carolus-Nicolaus Raison, San-quintinensis è Colleg. montis-acuti.
Claudius-Guido Vacherat, Carnotensis, e Collegio Lexovæo.
Antonius-Josephus Macquer, Parisinus è Colleg. Grassinæo.
Petrus Bavagnon, Vesuntinus e Colleg. Dorm-Bellovaco.
Antonius-Petrus Dupré de Saint-Maur, Parisinus è colleg. Dormano-Bellovaco.

(Duo præmia, quæ sequuntur, adjecit et instituit vir de academia Parisiensi, et de re Literariâ præclarè meritus — Magister Carolus Coffin, antiquus Rector et Collegii Dormano-Bellovaci, dum viveret, Primarius.)

Primum orationis Latinæ in Gallicam conversæ præmium meritus et consecutus est Carolus-Nicolaus Raison, San-Quintinensis e Colleg. Montis Acuti.

Secundum meritus et consecutus est henricus Cuvier des Landes, Lavallensis e Colleg. Sorbonæ-Plessæo.

Proxime accesserunt.

Josephus-Ant. Claud. Riverieux Lugdunensis è Collegio Dormano-Bellovaco.
Petrus Jacquin, Tullensis e Colleg. Sorbon-Plessæo.
Renatus-Augustinus Foucault de la Bruyere è Castrodunensis e Colleg. Sorbonæ-Plessæo.
Henricus Espinasse, Parisinus è Colleg. Sorbon-Plessæo.
Carolus Diner, Parisinus e Colleg Dorm. Bellovaco.
Franciscus Dupuits, San-Quintinensis è Collegio Montis acuti.

In Tertio Ordine.

Primum orationis Gallicæ in Latinam conversæ præmium meritus et consecutus est Joannes-franciscus Maigne, Tullensis, e Collegio Marchiano.

Secundum meritus et consecutus est Claudius-Josephus Doyat, Parisinus, e Collegio Cardinalitio.

Proxime accesserunt

Henricus-athanasius Truchy, Parisinus, e Colleg. Dorm-Bellovaco.
Marcus-florentius Prevost ..... e Colleg. Lexovæo.
Franciscus Jurteau ----- e Colleg. Sorbonæ Plessæo.
Thomas Conway, hibernus e Colleg. Lexovæo.
Bernardus Navarre Trecensis e Colleg. Sorbon-Plessæo
Joannes-franciscus Gevard, Parisinus e Colleg. Dormano-Bellovaco.

Primum Latinæ in Gallicam conversæ præmium meritus et consecutus est Antonius Le Flamand, Parisiensis, e Colleg. Dormano-Bellovaco.

Secundum meritus et consecutus est Simon-Nicolaus-henricus Linguet, Rhemus, è Colleg. Dormano-Bellovaco.

Proxime accesserunt

Henricus-athanasius Truchy, Parisinus è Collegio Dormano-Bellovaco.
Henricus-Ludovicus de Mambreul de Barbaye San-Quintinæus è Colleg. Mazarinæo.
Claudius-alexander Martin, Parisinus, e Collegio Dormano-Bellovaco.
Claudius-Maria du Tour .... e Collegio Mazarinæo.
Vitalis Fauconnier, Magniacensis e Colleg. Sorb. Plessæo.
Joannes-Baptista Saiget dela Graviere, Compendiensis e Colleg. Mazarinæo.

Primum orationis græcæ in gallicam conversæ præmium meritus et consecutus est franciscus-Ludovicus Lagny, Parisinus è Regiâ Navarrâ.

Secundum meritus et consecutus est Joannes-Baptista-franciscus Lasseray, Parisinus, e Colleg. Dormano-Bellovaco.

Proxime accesserunt

Renatus-augustinus Deslandes, Versaliæus è Colleg. Prussinæo.
Ludovicus Colignon, Virdunensis e Colleg. Sor. Plessæo
Claudius-Josephus Doyat, Parisinus e Colleg. Cardinalitio
Simon-Nicolaus-henricus Linguet, Rhemus è Collegio Dormano-Bellovaco.
Ludovicus-franciscus Bocheveau, Stampæus è Collegio Sorb. Plessæo.

DE PARIS P.P. EXTRA SOL. A. D. LAF.

Joannes-Petrus Thierry e Regiâ Navarrâ.

Huic Solemni Præmiorum distributioni instar coronidis erit Eloquentiæ Latinæ Præmium, magistris in artibus, propositum ex liberalitate honestissimi viri Joannis-Baptistæ Coignard, Regis Typographi, hujus Universitatis alumni quondam charissimi.

Quod Præmium qui meritus et consecutus est hic honoris causâ appellabitur: Scilicet, Antonius Vicaire, in artibus Magister.

Ad orationem, quæ palmam tulit, proxime accesserunt duæ aliæ orationes, quarum una has præfert Sententias, Exemplaria Græca nocturnâ versate manu, versate diurnâ --- Non virtute claris ve potentius armis, quam linguâ Latium.

Altera has habet, Statim Sapiunt, Statim Sciunt omnia --- Neminem verentur, neminem Imitantur, atque ipsi Sibi sunt exemplar.

14. aug. Anno dñi 1750 die decimâ quartâ mensis Augusti habita sunt Comitia generalia præclaræ artium facultatis in Maturinensi.

Post habitam ab Amplissimo Rectore orationem Procancellarii B. Mariæ et S.æ Genovefæ appellarunt a dignissimis Cancellariis designatos Examinatores Licentiandorum in artibus, Scilicet ex honoranda Natione MM. Joannem Gilbertum Segaud, Baccal. Theologum et Josephum Collin in Regiâ Navarrâ Professorem; ex fidelissimiâ MM. Gabrielem Claudium Danse, Baccalaureum, Theologum et Blasium Messier, Licent. Theologum; ex Venerandâ Joannem-Baptistam Gardin du Mesnil professorem in Regiâ Navarra et Joannem-franciscum Le jumel, Licent. Theol.; ex constantissimâ MM. Gualterum Dutton, Licent. Theol. et Michaelem Curin item Licent. Theol.

Dimissæ Nationes ab Amplissimo Rectore ad deliberandum retulerunt electos a se et nominatos octo eosdem Mgtros quiâ Procancellariis appellati sunt.

Cum autem Procuratorum Nonnulli, dum nationum suarum Sententias referrent, Procancellarios etiam ante ornatissimos Procuratores salutassent, Meritissimus Syndicus Contestatus est adversus hanc Salutationem, tanquam insolitam in se, deinde tanquam injuriam Procuratorum dignitati, qui cum sint Nationum capita præcipuum honorem in artium facultate post amplissimum Rectorem obtinere debent et actum suæ contestationis petiit.

Novi Examinatores sacramentum præstitere inter Amplissimi Rectoris manus præsentibus Procancellariis.

Digressis Procancellario amplissimus Rector fecit supplicandi potestatem supplicarunt ergo, Josephus-Nicolaus Jacquemin, Lingonensis, ut ne sibi noceat, quod nomen suum inscribere non potuit in posteriore Physicorum Catalogo, morbotum impeditus, quod scripto testatur M. Bourdelin doctor Medicus Parisiensis. Jacobus-Guillelmus-Renatus-Franciscus Prudhomme de la Boussiniere des Vallées, acol. Cenomanensis, ut ne sibi noceat quod nomina sua baptismalia male ordinaverit et omiserit particulam de la ante nomen Boussiniere in Catalogis. Claudius de Rouverié de Cabrieres, clric. Nemausensis, ut ne sibi noceat quod nomini suo gentilitio perperam adjicit cognomentum Tremone, scripsit nomen suum ples, y, non per, i et in uno è catalogis omiserit nomen gentilitium de Rouverié. Joannes-Baptista Drillet de Pennampral, diac. Trecorensis, ut ne sibi noceat quod nomen suum scriptum non reperiatur in priore Physicorum Catalogo cum certis testimoniis constet, se in excipiendis lectionibus maxime fuisse assiduum, Joannes-Claudius Laurent cler. Tullensis, ut ne sibi noceat, quod nomen suum in priore Physicorum catalogo non extat, cum ejus assiduitatem, diligentiam, Profess- et Primarius testentur. Gerardus Dalton, presb. Midensis in Hibernia, ut ne sibi noceat quod nomen suum scribere omisit in priore Physicorum Catalogo, qui est in Tabulario Universitatis, cum in Catalogis tum Professoris tum Primarii inscriptus sit. Petrus Jacquinot, cleric. Lingonensis, ut ne sibi noceat quod scripsit se Lingonensem. Augustus-Franciscus-Ignatius Dalbiez subd. atrebas, ut ne sibi noceat quod scripsit se atrebatensem.

Jacquemin.

Prudhomme de la Boussinniere des Vallées.

De Rouverié de Cabrieres.

Drillet de Pennampral.

Laurent.

Dalton.

Audito de his supplicibus M. Le Neveu Syndico amplissimus Rector nationes ad deliberandum dimisit, quas quidem regressas retulerunt se omnibus supplicibus indulgere.

Et ita Concluserit amplissimus Rector.

Laurentius Rector

29. aug.

Anno Dñi 1750 die vigesimâ nonâ Augusti habita fuit in antecessum Comitia ordinaria Deputatorum Universitatis apud amplissimum Rectorem in Dormano-Bellovaco.

I°. Supplicarunt pro litteris nominationis jure Magisterii artium et Quinquennii: MM. Joannes-Franciscus Dubois, Subd. ambianensis. Michael Bouillon, presb. Parisinus. Joannes-Baptista Matharel de Praigney, Bizuntinensis presb. Strictioris observantiæ ordinis Cluniacensis expresse professus. Laurentius de Montdor diac. aurelius. Leonorius de Blaubois Subd. Parisinus. Ludovicus-Bartholomæus Talendier, diac. Lemovix. Anselmus-Maria Forgue acol. andegavensis. Carolus-Franciscus de Vanombras de Mieux, acol. Sagiensis.

Barrier

De his

vetulis M. Le Neveu Syndicus, ac dixit se vidisse tum eorum Litteras Magisterii, tum Professorum, quos audierunt, testimonia, quibus constat Quinquennium Academicum fuisse ab iis rite confectum cæteraque instrumenta ad hanc Supplicationem necessaria, in quibus omnibus nihil desideravi, præter testimonium unius anni Theologici, quod ex iis unus nomine Dubois nondum potuit a Professore suo obtinere: audito meritissimo Syndico placuit sua præfatis Supplicibus postulata concedi.

2°. Lecta et recognita sunt, quæ fuerant in superioribus comitiis acta et statuta.

3°. Audita et probata sunt Rationes accepti et expensi per novem ultimos menses anni 1749 a M. Antonio Laforgue Collegii S. Michaelis Procuratore sequestro.

4°. Quod exposuit idem M. Antonius Laforgue sibi jam neque per valetudinem neque per negotia, quibus ex officio distinetur, licere præfati Collegii res diutius administrare, petitque supplicitet, ut eo onere levaretur; quod quæ etiam atque etiam rogatus, ut susceptam provinciam retinere ac servare vellet, se posse constanter negavit, placuit haberi rationem ejus postulationis eique suffici M. Dominicum Movin, antiquum Venerandæ Nationis Procuratorem.

5°. Placuit Sacras Universitatis Supplicationes ad diem sextum octobris indici.

6°. De lite quæ orta est ex intercessione Picardica et Normanica Nationum nomine instituta die quartâ mensis Aprilis ultimò elapsi, proposuit amplissimus Rector, num expediret videretur eam litem privato alicujus viri gravis aut Magistratus, puta, Illustrissimi Procuratoris Catholici, arbitrio dirimendam permittere. Ex deputatis Academicis, quinque, nimirum Sapientissimi facultatum Theologiæ Jurium et Medicinæ Decani et Ornatissimi Galliæ et Germaniæ Procuratores censuerunt viam hanc privati arbitrii non esse hic adhibendam ideo præsertim quod ea lis jam Supremæ curiæ forum attigerit illicque jam affecta pendeat per Decretum Supremi Senatus a fidelissimâ et venerandâ Natione ex libello supplice, quod aiunt, obtentum. Ornatissimi Picardiæ et Normaniæ Procuratores censuerunt esse adhibendam et rogandum Illustrissimum Procuratorem Catholicum ut illud arbitrium ipse suscipiat. Conclusit amplissimus Rector secundum suffragiorum pluralitatem. Huic conclusioni statim intercesserunt præfati Ornatissimi Picardiæ

et Normaniæ Procuratores, suæque intercessionis actum postularunt.

7°. Quod dictum est Redemptores vicesimani vectigalis velle interiora Collegiorum academicorum ædificia huic vectigali subjicere, cum certum sit tamen ea ædificia, ne Decumano quidem fuisse unquam subjecta. Placuit eam in rem offerri libellum supplicem summo ærarii Præfecto.

8°. Placuit summam centum et octoginta libellarum amplissimo Rectori in manus tradi, quam apparitoribus suis aliisque qui hoc anno ipsi in negotiis academicis privatim deservierunt pro arbitrio suo dividat.

Et ita super his octo capitibus, audito prius super singulis M. Le Neveu, Syndico, conclusit amplissimus Rector &c.

Hamelin Rector

3. octob. 1750. Anno dni 1750 die tertiâ octobris, habita sunt Comitia ordinaria Deputatorum Universitatis apud amplissimum Rectorem in Dormano-Bellovaco.

I° Supplicarunt pro litteris nominationis jure Magisterii artium et Quinquennii MM. Jacobus-Carolus Sanqueuze acol. Carnotensis, et unus nomine Destang (cujus Litteræ testimoniales non mihi traditæ sunt) De his retulit M. Le Neveu, Syndicus, ac dixit se vidisse tum eorum Litteras Magisterii, tum Professorum, quos audierunt, testimonia, quibus constat, quinquennium Academicum fuisse ab iis rite confectum, cæteraque instrumenta ad hanc supplicationem requisita, in quibus omnibus nihil desiderari, nisi quod præfatus Sanqueuze non protulit litteras testimoniales unius Professoris Theologici, cujus lectiones hoc ipso anno accepisse se dicit et dictus Destang protulit litteras quinquennii testimoniales male descriptas. Audito Meritissimo Syndico, Placuit, sua præfatis supplicibus postulata concedi, non ante tamen litteras expedire præfato Sanqueuze, quam scribæ exhibuerit litteras testimoniales, quas hodierna die exhibere non potuit, neque præfato Destang antequam eidem scribæ tradiderit Litteras Quinquennii ea formâ, quâ par est.

†† Michael Baudet Diac. Carnotensis.

2°. Lecta et recognita sunt quæ fuerant in superioribus Comitiis acta et statuta.

3° Auditæ et probatæ sunt Rationes accepti et expensi a Mgro Antonio La forgue Collegii S. Michaelis Procuratore sequestro

DE PARIS P.P. EXTR. I. SOL. 4. D. LAF.

per novem ultimos suæ administrationis menses, scilicet ad finem usque mensis proxime elapsi.

4.° Lectum est Supremi Senatus Decretum, die septimâ mensis septembris factum, quo inter cætera designatur vir honestus nomine Doucin, Architectus Juratus, qui descriptionem, seu descriptiones ædificiorum in Academicâ domo construendorum inspiciat et expendat et cum ipsis locis conferat. Placuit Nominari ornatissimum Galliæ Procuratorem M. Germain, cum ornatissimo Germaniæ Procuratore et meritissimo Syndico, qui huic inspectioni intersint et quæ animadvertenda videbuntur in ipso processu verbali, ut vocant, animadvertant.

5.° Dixit Amplissimus Rector esse sibi præ manibus sat grandem pecuniam, conflatam partim ex ordinario Universitatis reditu, partim ex censualibus, quæ forte obtigerunt, obventionibus, imprimis vero ex ære, quod ad construendam præfatam domum mutuo sumptum est, summam videlicet vigesies mille libellarum cum sex libellis, quæ equidem summa nullius usus in præsentiâ esse possit. Placuit præfatam summam expositam et numeratam in arcam ærarii recondi, illic asservandam donec eâ utendi tempus venerit, eamque sic depositam in proximis Universitatis Rationibus inter expensa numerari.

Et ita super his quinque capitibus, audito prius super singulis M. Le Neveu Syndico, conclusit Amplissimus Rector./.

Hamelin Rector

Anno dni 1750 die sexta octobris habita sunt in Maturinensi Comitia Centuriata Universitatis ad sacras ac solemnes supplicationes. 6 octob.

Primum in Angulo, supplicarunt pro litteris Nominationis jure Magisterii artium et Quinquennii MM. Petrus Dionysius Louvel de Villarceau, Acol. Parisinus, et Michael Jullien presb. Bajocensis, qui quidem Julien mediam tantum Studiorum sive Theologiæ sive Philosophiæ partem in Universitate Parisiensi confecit, aliam autem partem in Cadomensi. De his audito M. Le Neveu Syndico, Placuit annui postulationi præfati quidem Louvel de Villarceau, postulationem autem præfati Julien non admitti, quoniam in usu non est apud Universitatem parisiensem aliud quidquam Studiorum in aliis Universitatibus confec

Joannes

=torum, præter Philosophiam, in litterarum Nominationis concessione adoptare.

Ibidem Sacramentum dixerunt duo Novi Librarii à Domino Valleyre uno ex adjunctis præsentati, scilicet Richardus-Antonius Lesclapart et franciscus-Joachimus Babuty.

Librar. { Lesclapart / Babuty

In Comitio. Postquam Amplissimus Rector orationem de more habuit, omnes Ordines Academici rata et grata habuerunt quæcumque gessit in suo Trimestri Magistratu, eo nomine litteras ipsi decreverunt Commendatitias amplumque Comitatum exhibuerunt rite procedenti ad Ecclesiam Archipresbyteralem S. Severini.

Illic Pontificem egit S. M. D. S. Daumet, doctor Theologus dictæ Ecclesiæ pastor: concionem ad populum habuit M. de la Roche doctor Theologus. Eucharisticam vero ad Pontificem M. Coger Baccalaureus Theologus.

10 Octob.

Anno dñi 1750, die decimâ Octobris, habita sunt Comitia gnalia præclaræ artium facultatis in Maturinensi.

Sereniss. Princeps de Rohan.

Post habitam ab Amplissimo Rectore Orationem et factam ab eo supplicandi potestatem, accessit Serenissimus Princeps Ludovicus-Renatus-Eduardus de Rohan, clericus Parisinus, Canonicus Argentinensis ab onere scribendi petiturus immunitatem, eique habiti sunt honores, quos Parisiensis Universitas Principibus primariæ classis, post principes regii sanguinis, exhibere solet. Principi ingredienti præibat Cursor Universitatis ordinarius, qui ex ipso Comitii limine altâ voce dixit, M. Le Prince Louis de Rohan. Statim qui propè fores aderant Academici Proceres intranti Principi assurrexerunt, ac cæteri deinceps, prout ipse ulterius processit. Cum ad Tribunal Rectorium tenderet jamque propè esset, Amplissimus Rector Ornatissimique Procuratores, nudato capite, assurrexerunt ac Principem inclinato corpore blandoque vultu salutantem ipsi inclinato quoque corpore resalutarunt. Salute acceptâ redditaque, resedit unà cum Ornatissimis Procuratoribus Rector Amplissimus et operuit caput; sedit ipse Princeps in brachiato sedili, quod paratum aderat, et operto capite expectavit paululum, dum Academici Proceres resedissent. Omnibus ad audiendum compositis, Serenissimus Princeps è sede suâ surrexit, et, nudato capite, dixit, Amplissime Rector, Ornatissimi Procuratores, lectissimi Quatuorviri, Proceres Academici. Post hæc verba, resedit, et, operto capite, sic perrexit: "Quæ gentilibus nostris benevolentiæ specimina non semel dedistis, eadem nunc rogo, immunitatem scilicet ab onere scribendi. Cujus beneficii memorem me semper habebitis. Dum hæc ultima verba absolveret Princeps Serenissimus surrexit, et, nudato capite ac prono corpore, de more abeun-

=tium, vultu et habitu amplissimo Rectori Senatusque Procura=
=toribus valedixit, qui ei ipsi assurgentes, inclinatis corporibus, abe=
=euntem vultu et oculis prosecuti sunt. Ego Scriba et M. Letreveu,
Syndicus, discedentem è Comitio honoris causâ comitati sumus,
et ad medium Maturinensium Claustrum deduximus.

Egresso Serenissimo Principe, accesserunt et alii supplices, nimi= Merlet
=rùm Leo-Petrus Merlet, Parisinus, ut ne sibi nocaat, quòd nomen
suum inscribere omisisset in priore Physicorum catalogo, in poste=
=riore verò Logicorum malè adjecerit nomini suo gentilitio cogno= La Bachelerie
=mentum de St. Leon; Jacobus La Bachelerie de Nouvialle, diaconus de Nouvialle
Lemovicensis, ut ne sibi nocaat quòd omiserit cognomentum de
Nouvialle in uno è Catalogis; Franciscus-Renatus-Jacobus Patrice, Patrice
Cenomanensis, ut ne sibi nocaat, quòd nomina, Renatus et Jacobus
omisisset in Catalogis; Joannes Malet, presb. Petrocorensis, ut ne sibi Malet
nocaat quod nominibus suis gentilibus adjecerit nomen, Bernardus,
et scripserit se Petrocoratem, non, Petrocorensem; Michaël Ansal, Ansel
Altissiodorensis, ut ne sibi nocaat, quòd nomini suo gentilitio
adjecerit cognomentum de grosclieure; Michaël Hebert Carnotensis, Hebert
ut ne sibi noceat ad consequendum in artibus Magisterium,
quòd Codicum philosophicorum quatuor casu amiserit; Honoratus Astrouin
Astrouin, Forojulensis, ut idem semestre Logicum, quod his
conficiendo duobus semestribus sibi imputatur.

Cùm auditus est M. Letreveu, Syndicus, qui de supplicibus sic
retulit: Ecce ad vos accedit hodiernis in Comitiis Serenissimus Prin=
=ceps Ludovicus-Renatus-Eduardus de Rohan, clericus Parisinus, Cano=
=nicus Argentinensis, adolescens et suis jam virtutibus et amplissimis
familiæ suæ in Academiam nostram meritis jam apud vos egregiè
commendatus. Qui cùm unus in se habeat omnia, quibus cæteri sup=
=plices benevolentiam sibi vestram demereri solent, tum eam secum
affert Rohaneæ gentis et decora, et beneficia erga nos, ut quidquid
ei concesseritis, id ad vestram gloriam accessurum sit, id vos præcipuo
jure debitum exsolvere videamini. Neque enim excessit aut excedat
unquam è mentibus nostris ac desideriis Serenissimi necnon Eminentissimi
Armandi memoria, quem Europa admirationi suæ propositum,
Gallia maximum decoris sui fautorem, Academia nostra præsidium,
tutorem, parentem, nuper defleverit. Vivit adhuc vigetque in nostris
omnium pectoribus Vir supra illustrissimi Generis altitudinem, supra
Cardinalitii nominis fastigium et animo et ingenio elatus, consilii=
=sque magnificus, qui cùm omnes omnium Ordinum homines illo,
illo apertissimæ humanitatis studio complecteretur, tum in hanc
Academiam eâ fuit voluntatis inclinatione propensus, eam ut in
familiam propriam sibi adscisceret. Ac mihi progrediendum certè
hi gaudiis et commoveri sedes videntur Serenissimi necnon Eminen=
=tissimi Cardinalis Subisii, quem hoc jure in loco Rectoris insignibus
non tam decoratum, quam novum iis decus addentem conspeximus.
Sedet adhuc in auribus nostris illa Rectoris Illustrissimi vox, quæ
dissentientes animos ad concordiam revocabat, cùm in ætate juve=
=nili maturam ac senilem eloquentiam admiraremur. Hæret
etiamnunc in oculis tanta comitas, tanta cum dignitate urbanitas,
quâ cùm sibi nos adæquaret, non ipse demittebat se, sed nos
extollebat; neque ex splendore suo detrahebat quidquam, sed nobis
ac singulis et universis plurimum splendoris adjiciebat videbatur.

Et nunc quidem eminentissimo Cardinalatûs honore insignitus, non sine suavi quadam benevolentiæ sensu respectat hanc Academiam cujus in sinu adolevit, hunc Consessum, cui præfuit, hanc Rectoriam sedem, quam impigrè exornavit. Neque contentus eo quod fastos nostros ingenti nomine illustraverit, tanto super nos intervallo ad summum Ecclesiasticæ dignitatis apicem evolans, ut nobis relinquit maximam sui venerationem et admirationem, ita maximæ erga nos caritatis sensus secum abstulit, nunquam sanè dimittendos. Has habet ad studia vestra sibi conciliandæ illecebras Serenissimus Princeps, qui se vobis hodie exhibet. Neque has solum: sed si in progressum ejus stirpem convertatis oculos, præter Natalium paternique Nominis claritatem, quot decora occurrunt, quibus conspici Juvenis possit, et ad amplissimas spes excitari! Hinc Serenissimus Princeps, Archiepiscopus Remensis, fratris filium eâ luce circumdat, quæ maxima ex lætissimi ejus virtutibus exoritur. In quo Viro recta indoles et veri studiosissima cum politissimâ urbanitate, excelsa mens cum propensissimâ benitate, omnium liberalium artium gustus elegans cum integerrimâ probitate ita consentiunt, ut nescias utrùm ingenio sit conspiciendus magis, an dotibus animi diligendus. Illinc Serenissimus Princeps Constantinus Rohanæus, ad tuendam generis sui dignitatem et naturâ et industriâ factus, limatum illud et acre judicium, quo viget, eam sagacitatem ut mentis ejus aciem nihil effugiat, eam animi firmitatem ut nihil eum a rectis consiliis deterreat, fratris filio injiciat et exemplis et documentis. Atque ut hic Juvenis ex patruorum laudibus crescat statim ad famam ingentem, ita tam præclara rerum initia sui ipse virtutibus tuebitur et cumulabit. His tantis commendationibus totus effulgens sistit se vobis Serenissimus Princeps, ejusque ut aliquam sibi remittatis laboris partem, nempè ut immunem faciatis a describendis philosophicis codicibus. Quod juveni Principi non modò concedendum arbitror, sed cum elogio, cum propensissimæ voluntatis significatione concedendum. Quoniam enim optandum est, ut alma Virtutum et Studiorum Parens Academia Viros principes et Regni Optimates eis institutæ documentis, et Virtutibus instruat quæ in Republica ac Religionis utilitatem vertant, ideò decet ejus aditum iis patere amplissimum eosque debitis honoribus excipi, qui nunc Universitatis Alumni, mox ejus Patroni futuri sunt. Ne verò ullâ vel levi nubeculâ hujus diei serenitas obscuretur, postulo a Vobis, ut cæteris supplicibus obsequentissimum Principem indulgeatis, eosque secum deducat communis lætitia gaudiique.

Postquam dicendi finem meritissimus Syndicus fecit, dimissæ Nationes ab amplissimo Rectore ad deliberandum de supplicibus, singulæ unanimiter retulerunt, se immunitatem ab onere scribendi Serenissimo Principi Ludovico-Renato-Eduardo de Rohan libentissimè et cum elogio concedere; cæteris autem supplicibus propter eumdem Serenissimum Principem et in ejus gratiam gliscra indulgere. Item censere Orationem meritissimi Syndici in Tabulis Universitatis esse describendam.

His actis, processit in medium M. Rose, Grammaticæ Professor e Natione Normanicâ, et dixit, se in Comitiis suæ Nationis intercessisse, ne M. Petrus Lemonnier, quem actu inter Quatuorviros sedentem videat, Quadrumviratu gauderet ob causas à se tum expositas; et etiamnum intercedere.

Amplissimus Rector ut de hac intercessione cognosceret, secessit in antiquum Comitium cum ornatissimis Procuratoribus, Syndico et Scribâ, vocatis antiquioribus singularum Nationum Magistris.

His Magister Rose dixit, se intercessisse ne Mgr Lemonnier

Quadrumviratum exerceat, eò quòd anno die 11. maji cum Venerandâ Natione non consensisset, cum illa suam de Constitutione Unigenitus appellationem revocaret. Se in intercessione suâ perstare ni græfatus M. Lemonnier palàm declaret, se adhærere Decreto, quod anno 1739 die 11.a maji a græclarâ facultate artium factum est de revocandâ græfatâ appellatione.

Dixit M. Lemonnier, regii mandati eos solos græfatos fuisse suffragio tùm activo, tùm passivo, qui græfato Decreto juridicâ intercessissent, non qui simpliciter dissenserint. An decere, imò an licere, ne ultrà, quam ipse Rex jubeat, quæ extendantur?

Tùm surrexit M. Letellier, Syndicus, ac dixit, se postulare ac requirere, ut amplissimus Rector græfatum Mgrum Lemonnier interrogaret, an græfato Decreto adhæreret.

Dixit Amplissimus Rector, Non arrogaturum sibi hanc protestatem, ut in exercendis Rectoratûs Officiis novum quid ex hactenùs inaditum inducerat aut admitteret sine autoritate vel Principis, vel saltem Universitatis. Porrò nullum ostendi neque Regis Mandatum, neque Decretum Academicum, quo Rectori tribuatur id juris, ut faciat quod a Se fieri meritissimus Syndicus postulat. Cum autem instaret meritissimus idem Syndicus, declaravit amplissimus Rector, ut omnibus gateret, se meritissimi Syndici postulationi refragari, non quòd Decretum anni 1739 non sibi maximè cordi sit, sed quòd nolit quidquam nisi secundum leges et regulas suscipere, declaravit, inquam, se græfatam Syndici postulationem ad artium facultatem relaturum. Quidquid illa decreverit, se curaturum sedulò, ut executioni demandetur. Et continuò rediit cum Ornatissimis Procuratoribus aliisque, qui simul aderant, in Comitium. Ubi, re expositâ, postulavit, ut de eâ deliberaretur. Petiit etiam, rata et grata haberi quæ gessit in suo trimestri Magistratu, sibique Litteras commendatitias decerni. Cum Quatuorvivos confirmari. denique jussit legi Litteras jussu regis ad Se scriptas ab Illustrissimo D. Comite Dargenson in gratiam Mgri Lacaille, Matheseos Professoris in Mazarineo. Quarum Litterarum hic est tenor:

a Paris le 8. octob. 1750

Le Roi ayant agréé, Monsieur, le choix que l'academie royalle des Sciences a fait du S.r La caille, Profess.r de mathematiques au College Mazarin, pour aller executer au Cap de bonne esperance un projet d'observations astronomiques, S. M. me charge de vous marquer, que son intention est, que pendant l'absence du S.r La caille il soit reputé present dans l'université, afin que le Zele avec lequel il se livre a des operations interessantes pour le service du Roi et l'interet public ne le prive pas dans la suite de l'avantage d'acquerir les privileges d'Emerite. Vous connoissés, Monsieur, les sentimens avec lesquels je vous suis plus parfaitement dévoué que personne du monde.

Signatum. Dargenson.

Dimissæ Nationes ad deliberandum ac deinde regressæ retulerunt. 1.° se ita Statuisse, ut in singulis Nationibus, cum quis ad aliquod munus Academicum assumatur, prius teneatur interrogantibus Procuratoribus declarare, se adhærere Decreto græclaræ Artium facultatis die 11. maji 1739 facto, circà Constitutionem Summi Pontificis, quæ incipit Unigenitus. 2.° Se rata et grata habere quæ gessit amplissimus Rector in suo trimestri Magistratu, eique Litteras Commendatitias decernere. 3.° Confirmare Quatuorvivos, scilicet in honorandâ Natione Mgrum Caffarel, humanita-

=tis Professorem in Montano; in fidelissimâ, Mgrum Messier, Exprocurato=
=rem; in Venerandâ, Mgrum Pluquet, Procuratorem; in constantissimâ
Mgrum Daly. 4° Obsequendum regiæ voluntati, prout illa declaratur
in Litteris Illustrissimi D. Comitis Dargenson, easque in Tabulis uni=
=versitatis describendas. Et ita conclusit ampliss. Rector.

Accessere ad Sacramentum Quatuorviri, et, eo præstito, Conclave
subierunt, unde digressi per Mgrum Caffarel retulerunt, se fasces
Rectorios prorogasse amplissimo Rectori D. Paulo hamelin. Quæ
prorogatio statim ab omnibus Nationibus probata et confirmata
fuit. Et ita conclusit amplissimus Rector./.

Hamelin Rector

27. Octob. Anno dñi 1750 die vigesimâ-septimâ Octobris, habita sunt Co=
=mitia gnalia præclaræ Artium facultatis in Maturinensi ad creandos
Censores.

Frere Factâ ab amplissimo Rectore supplicandi potestate, supplicavit
Claudius-franciscus frere, Parisinus, ut immunis fieret a describendis
lectionibus philosophicis, ob oculorum debilitatem, quam testatur M.
Cosnier, Doctor Medicus Parisiensis.

Accessit et M. Maturinus Le Vaillant, unus é Magistris honorandæ
Nationis, et declaravit se intercedere adversùs electionem M. Stephani
Lieutaud ad munus Procuratorium ab honorandâ natione factam
× die 10ª hujus mensis. Cui dixit Amplissimus Rector, ejusmodi contro=
=versiam non esse horum Comitiorum, sed Tribunalis Rectorii cum
Ornatissimis Procuratoribus.

Lectæ sunt duæ Epistolæ, ab Illustrissimo Archiepiscopo Remensi
missæ, altera ad Amplissimum Rectorem, altera ad meritissimum
Syndicum. quæ sic habent

a Reims ce 18 octob. 1750.

C'est avec un vrai plaisir, Monsieur, que je m'acquite envers vous
des remercimens qui vous sont dûs par rapport a mon neveu. La ma=
=niere obligeante avec laquelle il vient d'estre traité dans l'université
merite assurément toute ma reconnoissance. Aussi puis-je vous assurer
que j'en suis penetré. Je scais tout ce que vous avés fait en cette occa=
=sion, j'en connois tout le prix, et j'en suis touché plus que je ne puis
vous le dire.

Ce que je dois a un Corps aussi Illustre que l'université, dont vous
estes le chef ne s'effacera jamais de mon coeur. Je crois ne pouvoir
mieux lui adresser mes homages, qu'en les faisant passer par vous,
soyés, je vous supplie, auprés d'elle l'interprete de mes sentimens,
et faites moi la justice d'estre persuadé de ceux avec lesquels je
suis plus parfaitement que je ne puis vous l'exprimer, Monsieur, Votre
serviteur du meilleur de mon coeur. Signatum, Larchevesque Duc
de Reims. Superscriptio, a monsieur, monsieur le Recteur de
l'université de Paris.

Altera sic erat inscripta, a monsieur l'abbé Le neveu, syndic
de l'université a Paris. a Reims ce 18 octob. 1750

Je viens d'apprendre, Monsieur, ce qui s'est passé dans l'université
par rapport a la dispense d'ecrire qu'elle a bien voulu accorder à
mon neveu. Je sens quelle doit estre dans cette occasion ma reconnois=
=sance pour un Corps si Illustre, si recommendable a tant de titre,
et auquel je me fais une gloire particuliere d'appartenir.

G. DE PARIS P.P. EXTR. I. SOL. 4. D. LAF.

les traitemens favorables que nostre maison en a recus dans tous les temps lui seront et a moi toujours infiniment chers. Je vous prie instament, Monsieur, de vouloir bien l'en assurer, et d'accompagner les remercimens que je lui dois de tout ce que peuvent inspirer les sentimens de respect, d'attachement et de veneration que je lui ai voüés.

On ne m'a pas laissé ignorer, Monsieur, que vous m'aviés donné part honorable dans l'eloge que vous avés fait de mon neveu, j'en suis extremement flaté, et j'y suis d'autant plus sensible qu'elle est une preuve de vostre façon de penser dont je connois tout le prix. Soyés persuadé, je vous prie, de toute ma recon=noissance, et qu'on ne peut rien adjouter aux sentimens avec lesquels je suis plus parfaitement que je ne puis vous le dire, Monsieur, Vostre serviteur du meilleur de mon coeur; signatum

L'archeveque Duc de Reims.

Dimissæ Nationes ad deliberandum et ad creandos Censores, retulerunt 1°. indulgere petitioni supplicii supra nominati. 2°. Creatos a se Censores fuisse, in honorandâ quidem Natione M. Carolum Lebeau, Eloquentiæ Professorem in Grassinæo; in fidelissimâ, Mgrum Le Sellyer, Professorem in Cardinalitio; in Venerandâ Mgrum Lejumel, Licent. Theologum; in Constantissimâ Mgrum Daly, Licent. Theol. 3°. Describendam esse in tabulis Universitatis utramque Illustrissimi Archiepiscopi Remensis Epistolam; rogandos ampliss. Rectorem et meritiss. Syndicum, ut, quum rescribent, Illustrissimo Præsuli testatum faciant, quam grato animo præclara Artium facultas utriusque epistolæ lectionem exceperit. Et ita conclusit amplissimus Rector.

Tum novi Censores solemne Sacramentum inter amplissimi Rectoris manus coram præclarâ Artium facultate præstiterunt./.

Hamelin Rector

Anno dni 1750 die Septimâ Novembris, habita sunt Comitia ordinaria Deputatorum Universitatis apud amplissimum Rectorem in Dormano-Bellovaco. Quibus in Comitiis interfuerunt primâ vice M. hiacinthus-Theodorus Baron, novus Saluberrimi Ordinis Decanus, et M. Stephanus Lieutaud, novus Nationis Gallicanæ Procurator. Absente autem et ægro=tante Mgro Bartholomée, Picardicæ Nationis Procuratore, ejus loco sedit M. Messier, Exprocurator. 7. Novemb.

1°. Supplicarunt pro Litteris Nominationis jure Magisterii Artium et quinquennii MM. Honoratus Offroy, diac. Claromontensis; Jacobus La Bachelerie de Neuvialle, diac. Lemovicensis; Edmundus-Carolus-Antonius Houpin, Subd. Parisinus; Julianus Briere, Acol. Sagiensis; Hieronymus-Nicolaus Quatrin, Acol. Bellovacus; Claudius Carlier, Subd. Suessionensis. De his retulit M. Le Neveu, Syndicus, ac dixit, se vidisse tum eorum litteras Magisterii, tum Professorum, quos audierunt testimonia, quibus constat, quinquennium Academicum fuisse ab iis rite confectum; cæteraque instrumenta ad hanc supplicaonem requisita; in quibus omnibus nihil desiderari. Audito meritiss. Syndico, Placuit, sua præfatis supplicibus postulata concedi.

2°. Lecta et recognita sunt quæ fuerant in Comitiis superioribus acta et

Statuta.

3° De opere novo, quod Vir eruditus Joannes-baptista de la Chapelle parat in vulgus edere super rebus Mathematicis, quodque die 6ª Junii proximè elapsi postulavit, ut sibi liceret Universitati Parisiensi dedicare, Auditâ relatione MM. Mazeas et Fourneau, Philosophiæ in dictâ Universitate Professorum, ad expendendum præfatum opus tunc delegatorum, Visâque eorum sententiâ, scripto datâ, quæ sic habet; Nos infrà scripti Philosophiæ Professores in Universitate Parisiensi, deputati ad examen libri, cui titulus, Traité des sections coniques et autres courbes anciennes &c par M. de la Chapelle de la Société royale de Londres; Quem Autor almæ Studiorum Academiæ, si ipsa annueret, dicatum, atque ad usum studiosæ Juventutis consecratum vellet, Testamur præfatum opus nobis visum fuisse et propositionum nexu, et demonstrationum perspicuitate, et methodi elegantiâ commendandum; novis non semel atque expeditis artibus concinnatum; ex eâ parte, quæ ad usum Juventutis potissimùm spectat, ad ipsius captum feliciter accommodatum; dignum proinde quem Studiosi Geometriæ et Physicæ Alumni avidè exciperent; ex alterâ verò parte viam ipsis sternere facilem, quâ tùm ad reconditiorem curvarum theoriam, tùm ad politiorem artium usum et graviora deinceps maturiores facti pervenire possint. Datum Parisiis die 7. novemb. 1750. signatum, Mazeas. Fourneau. Placuit, oblatam dedicationem admittere.

4° Legit maritissimus Syndicus formulam libelli supplicis à se confectam, ad asserendam suam interioribus Collegiorum Academicorum ædificiis a Tributo Vicesimano immunitatem. Placuit, eam approbari, illius autem geminum exemplum describi, quorum alterum summo Urbis Præfecto porrigatur, alterum in Tabulario Universitatis deponatur.

5° Quod M. Ninnin, in Universitate Remensi Graduatus, in eadem Universitate antehac Professor, atque quidem septennis, postulavit, ut Universitas Parisiensis descenderet in litem, quam suscepturus est adversùs alium dictæ Universitatis Remensis Graduatum, qui se dicat in eadem Universitate Professorem septennem, Dictum est, nullam omninò videri causam, cur Universitas Parisiensis huic liti nomen suum interponat. Si quos Universitas Remensis dicitur abusus in re Graduum et Septennii adhuc admisisse, eos Universitatem Parisiensem, quales ipsi a præfato M. Ninnin die 29 Aug. denuntiati sunt, denuntiasse Illustrissimo Procuratori Catholico, ut ipse pro Officii sui parte de his inquirat, et iis pro suâ prudentiâ medeatur; expectaturam Universitatem, quid Illustrissimus Magistratus in eâ re fecerit, aut faciendum censuerit.

6° De processu Verbali, ut vocant, quo Viri honesti DD. Debliniere et Bourgeois, Architecti, ad id par Senatum nominati, descripserunt singillatim, quæ in Collegio Rubantino facienda existimant; Placuit, ut meritissimus Syndicus cum processum eamque Operum descriptionem Supremi Senatûs autoritate confirmari curet.

Et ita super his seu capitibus, audito prius super singulis meritiss. Syndico, concluxit Amplissimus Rector./.

Rector

13. Novemb. Anno Dñi 1750, die decimâ-tertiâ Novembris, horâ decimâ matutinâ cum mediâ, Congregati sunt Amplissimus Rector et Ornatissimi Procuratores cum antiquioribus singularum Nationum Magistris in Maturinensi, ad dijudicandam causam de munere Procuratorio Nationis Gallicanæ inter M. Maturinum Vaillant, ex unâ parte, et

DE PARIS P.P. EXTR. I. SOL. A. D. LAF.

M. Stephanum Lieutaud ex alterâ.

Cum amplissimus Rector jussisset vocari partes, comparuit M. Vaillant, Mgr autem Lieutaud non comparuit, domi scilicet per morbum retentus, quod illius nomine declaravit M. Ottin, Grammaticæ Professor in Monte acuto.

Accessit M. Joannes-baptista-Ludovicus Ledoux, é Natione Gallicanâ Baccalaureus Theologus, et postulavit, se Partibus in hac causâ litigantibus adjungi.

Cum autem morbi causâ abesset M. Leneveu, Syndicus, Placuit, Syndici Partes agi per M. fourneau, Philosophiæ Professorem in Grassinæo, qui præsens aderat.

Cœperant jam MM. Vaillant et Le Doux causam quisque suam agere; sed cum abesset M. Lieutaud et sonticâ de causâ abesse videretur, auditis antiquioribus Nationum Magistris, audito Prosyndico, Unanimi Ornatissimorum Procuratorum Consensu Placuit, ut res in integro relinqueretur et ad diem hujus mensis decimam-septimam unâ cum postulatione Mgri Ledoux differretur. Et ita conclusit amplissimus Rector./.

Laurelin

Anno dni 1750, die decimâ-septimâ novembris, horâ decimâ matutinâ cum mediâ Congregati sunt in Maturinensi amplissimus Rector et Ornatissimi Procuratores cum antiquioribus Nationum Magistris, ad audiendam causam inter Mgrum Vaillant et magistrum Lieutaud, quæquidem causa ad hodiernam diem dilata fuerat. 17. Novemb.

Causâ appellatâ, vocatisque Partibus, comparuit M. Mathurinus Vaillant, Baccalaureus Theologus, é Natione Gallicanâ Magister, petitor, ex unâ parte.

At ex alterâ M. Stephanus Lieutaud, Baccalaureus in Utroque Jure, ex eâdem Natione Magister, et ab eâ electus Procurator die 10. Octobris, ultimò elapsi, in jus vocatus à præfato Vaillant per libellum Vadimonii, ipsi denuntiatum die 9.ª hujus mensis per antonium Marchand, unum ex Apparitoribus Academicis, et in publicas Rationum Adversarum tabulas die 10.ª ejusdem mensis relatum, non comparuit, neque quisquam illius nomine.

Comparuit et M. Joannes-baptista-Ludovicus Le doux, Baccalaureus Theologus, ex eâdem Natione Gallicanâ Magister, qui, oblato eam in rem amplissimo Rectori supplice libello, denuntiato per Joannem-franciscum Grosse, unum ex Apparitoribus Academicis, die 9.ª hujus mensis, tum Mgro Vaillant, tum Mgro Lieutaud, cum Rectorio mandato ad calcem apposito, et in publicas Rationum Adversarum tabulas relato die 12. ejusdem mensis, postulavit, ut Partibus in eâ causâ litigantibus tamquam Pars interveniens adjungeretur.

Exposuit M. Vaillant, Die 10.ª Octobris, ultimò elapsi, electum fuisse a Gallicanâ Natione Procuratorem prædictum Mgrum Lieutaud, sed eam electionem contrariam esse Statutis dictæ Nationis, quorum capite 7.º artic. 6.º caveri, Ne quis duo, aut plura officia vel munera, nisi post annum liberum exerceat. Porrò novem tantùm menses effluxisse, ex quo præfatus M. Lieutaud munus Examinatoris in Gallicanâ Natione exercuit, cum abeâ electus fuit Procurator.

se adversùs eam electionem die 27.ª ejusdem mensis Octobris intercessisse in Comitiis dictæ nationis et postulasse ut munus Procuratorium sibi adjudicaretur jure antiquitatis. Sed dictam Nationem nullam neque intercessionis, neque postulationis suæ habuisse rationem. Itaque se ab eâ electione et Gallicanæ Nationis Gallicanæ conclusione provocasse et provocare, ac petere, ut tam dicta electio, quam Conclusio nullæ et quasi non factæ declarentur, et consequenter sibi munus Procuratorium Nationis Gallicanæ adjudicetur, oblato in eam rem Sacramento, ac inter amplissimi Rectoris manus præstando, si ita visum fuerit.

Petiit M. Ledoux, ut, admissâ suâ interventione, ipse sufficiatur Mgro Lieutaud, si contingat illum munere Procuratorio excidere; utpote qui sit antiquior Mgro Vaillant, atque adeò plus juris ad præfatum munus habeat quam dictus M. Vaillant.

Uterque tum M. Vaillant tum M. Ledoux petierunt dari sibi actum deserti a M. Lieutaud vadimonii, actusque emolumentum.

Audito M. Fourneau, Prosyndico, auditis antiquioribus Nationum Magistris, Re apud Ornatissimos Procuratores in deliberationem missâ, Placuit, Mgrum Ledoux à petitâ interventione dimoveri. Dari Mgro Vaillant deserti ab adversario vadimonii actum actûsque emolumentum. Alia Comitia, si super eâ re haberi necesse sit, ad diem Sabbati proximum, hujus mensis Vigesimum-primum hora decimâ matutinâ indici. Injungi moderatissimo Syndico, ut cum ei libelli Supplices inspiciendi tradentur, suum de iis responsum det intrà viginti quatuor horas. Et ita conclusit Amplissimus Rector. /.

Samuel Rector

21. Novemb.

Anno Dni 1750, die vigesimâ-primâ Novembris, horâ decimâ matutinâ cum mediâ, Congregati sunt in Maturinensi Amplissimus Rector et Ornatissimi Procuratores cum Antiquioribus Nationum Magistris, prout die decimâ-septimâ ejusdem mensis statutum fuerat.

Ego Scriba legi palam Actum, mihi hesternâ die juridicè denuntiatum per accensum publicum, nomine Fibi, quo M. Stephanus Lieutaud declarat, se provocare à Sententiâ, seu Conclusione, Tribunalis Rectorii, adversùs ea facta in Maturinensi die 17. hujus mensis; contestaturque nullitatem, in. aium, eorum omnium, quæ fieri possent in præjudicium, seu detrimentum præsentis suæ provocationis.

Cum neque M. Le Neveu, Syndicus, neque M. Fourneau, qui Syndici vices egerat ab initio hujus Causæ, adesset, Placuit, M. Petrum Frometin Virum Rectorium, qui præsens aderat, extemplore nominari, qui Syndici partes ageret.

Cum processit in medium M. Vaillant, et postulavit, ut consequenter ad Sententiam, seu Conclusionem die 17 hujus mensis factam, Munus Procuratorium Nationis Gallicanæ sibi adjudicaretur, admitteturque ipse ad Sacramentum, quod Nationum Procuratores præstare solent in suâ institutione.

Viso Senatusconsulto, die 31 Julii 1744 facto, Audito M. Frometin Syndici Vices agente, auditis pariter antiquioribus Nationum Magistris, Re in deliberationem apud Ornatissimos Procuratores ab amplissimo Rectore missâ, ex eorum communi suffragio Placuit, adjudicari M. Petro-Maturino Vaillant per provisionem munus Procuratorium

DE PARIS P.P. EXTR. I. SOL. 4. D. LAF.

Nationis Gallicanæ, eumque in præsentiâ vocari ad sacramentum præstandum inter manus Exprocuratoris dictæ Nationis, donec illud idem Sacramentum repetat coram dictâ Natione. coram Rectorio Tribunali.

Et ita conclusit amplissimus Rector./.

Franc. Lin Rector

Die vigesimâ-quartâ Novembris, denunciatum est per accensum publicum Scribæ Universitatis Decretum Supremi Senatûs quod sequitur. 24 Novemb.

Extrait des Registres de Parlement

Veu par la Cour la Requeste a elle presentée par Estienne Lieutaud prestre, Bachelier ès loix de la faculté de Paris, Procureur de la nation de france en l'université de ladite Ville, a ce que pour les causes y contenües, il fust receu Appellant des Sentences et Conclusions du Tribunal de la faculté des arts des 17 et 21 du present mois de Novembre rendües par deffaut contre le Suppliant, au profit du Sr. Pierre Maturin Vaillant, Bachelier en Theologie, l'un des supposts de lad. Nation de france, et a ce qui a suivi &c. Et cependant defenses fussent faites d'executer lesdites Sentences et conclusions, Et par provision il fust ordonné que les Conclusions de la Nation de france des 10 et 27 Octobre dernier portant Nomination et Confirmation de la personne du Suppliant en ladite charge de Procureur de ladite Nation seroient executées. En consequence qu'il continüeroit d'en exercer les fonctions, avec defenses aud. Sr. Vaillant de l'y troubler sous telles peines qu'il appartiendroit. Veu aussi les pieces attachées a ladite Requeste signée du suppliant et de huet procureur, conclusions du Procureur gnal du Roi, Oui le rapport de M. Elie Bochard, Conseiller, Tout Consideré, La Cour reçoit le suppliant appellant, tient l'appel pour bien relevé, lui permet de faire intimer qui bon lui semblera sur led. appel, sur lequel les parties auront audiance au premier jour, Et cependant fait defenses de mettre lesdites Sentences et Conclusions, dont est appel, a execution, passer outre et faire poursuites ailleurs qu'en la Cour a peine de nullité, mille livres d'amende, dépens, dommages et interests, Et par provision Ordonne que les Conclusions de la Nation de france des 10 et 27 Octobre 1750 portant Nomination et confirmation de la personne du Suppliant en lad. charge de Procureur de la nation seront executées; en consequence qu'il continuera d'en faire les fonctions: fait defense audit Vaillant de l'y troubler sous telles peines qu'il appartiendra. fait en Parlement le vingt quatre Novembre mil sept cens cinquante.

N. Piat
univ. Scriba

Anno dni 1750, die quintâ Decembris, habita sunt Comitia ordinaria Deputatorum Universitatis apud amplissimum Rectorem in Collegio Dormano-Bellovaco. 5. Decemb.

1° Supplicarunt pro Litteris Nominationis jure Magisterii artium et quinquennii MM. Michael-Petrus-Jacobus de Bauquemard, presbyter Lexoviensis; Joannes-Antonius-Benedictus-Bruno de Malaret, Subd. Tolosanus; Josephus Castanet, Acol. Nemausæus. De his retulit M. Leneveu, Syndicus, ac dixit, se vidisse tum eorum Litteras Magisterii, tum Professorum, quos audierunt, testimonia, quibus constat, quinquennium academicum fuisse ab iis rite confectum, cæteraque instrumenta ad hanc supplicationem requisita; in quibus omnibus nihil desiderari. Audito meritiss. Syndico, Placuit, supplicibus præfatis litteras Nominationis, quas postulant, concedi.

2.° Lecta et recognita sunt, quæ fuerant superioribus in Comitiis acta et statuta.

3.° Quòd amplissimus Rector in argumentum Orationis ad Eloquentiæ Latinæ præmium anno proximè imminente consequendum delegerit hanc sententiam, è Livio depromptam, Labor voluptasque, dissimillima naturâ, societate quâdam naturali inter se sint juncta, placuit, hoc argumentum probari et Mandato Rectorio promulgari.

4.° Exposuit meritissimus Syndicus, Magrum Grillet, Collegii Lubantini Primarium, tulisse à Supremo Senatu Decretum ex libello supplice, quo quidem Decreto certa pecuniæ summa ipsi attribuitur ex præfati Collegii reditibus per provisionis modum percipienda. Cum autem illud Decretum Dño Renard, dicti Collegii Procuratori sequestro denunciasset, respondisse dictum Renard, se nullam dicti Collegii pecuniam in præsentiâ habere, paratum autem esse addictam à Senatu summam de suo numerare, si velit Universitas illius summæ præstare damnum. Dictum est, iniquam omnino esse propositam à Dño Renard conditionem, nec ab Universitate audiendam; imò juridicè, si necesse sit, refutandam. Quòd autem adjectum est Collegii Lubantini restitutionem, quæ per se difficillima sit, multò difficiliorem fieri præsentiâ præfati Magri Grillet, ut patuit ex multâ verum ac factorum serie, quæ à meritissimo Syndico exposita sunt, Dictum est, Eodem libello supplice, quo postulatio Dñi Renard reseditur, postulandum esse à Supremo Senatu, ut præfatus Grillet e Collegio, saltem ad tempus, amoveatur.

5.° Placuit indici solemnes Universitati supplicationes ad diem hujus mensis decimam.

Et ita super his quinque capitibus, audito priùs super singulis M. Letellier, Syndico, concluxit amplissimus Rector. /.

Rector

9. Decemb. Die Mercurii nonâ Decembris, horâ decimâ matutina, amplissimus Rector et præclara Artium facultas pro more antiquo interfuerunt solemni sacro de Spiritu Sancto apud Prædicatores. /. Briat univ. Scriba

10. Decemb. Anno Dñi 1750, die decimâ Decembris, habita sum in Matutinensi Comitia Centuriata Universitatis ad sacras et solemnes supplicationes.

Primùm in Angulo consessum est, ubi nullus comparuit supplex.

Itum deinde in Comitium, ubi postquam amplissimus Rector peroravit, omnes Ordines Academici rata et grata habuerunt, quæ gessit in hoc trimestri Magistratu, ipsique Litteras commendatitias decreverunt simulque amplissimum comitatum polliciti sunt rite processuros ad eadem deo sacram sub invocatione S. Victoris in Suburbio.

Cum autem imber decideret, supplicationes intrà Claustrum Matutinense constitere, et in ipsâ Matutinensium Ade sacrâ celebratum est solemne sacrum. Pontificem egit M. Camponnet, Doctor Theolog. Concio ad populum non habita est. Eucharisticam Orationem ad Pontificem habuit M. Vicaire, Rhetoricæ Professor in Regiâ Navarrâ. /.

16. Decemb.

Anno dñi 1750, die decimâ-sextâ Decembris, habitus fuit Comitia gñalia præclarae Artium facultatis in Mathurinensi.

Post habitum ab amplissimo Rectore Orationem et factam ab eo supplicandi potestatem, supplicarunt Nicolaus-Matthias Jeancourt, clericus Ballovacus, ut nomen suum gentilitium divertimo dé scriptum in Catalogis, sic in omnibus scriptum censeatur, Jeancourt; David-henricus Giradz de Merbouton, clericus Ebroicensis, ut ne sibi noceat, quòd in priore Logicorum Catalogo nomina David et Giradz omiserit, ut in omnibus aliis scripserit nomen Giradz sine litteva, z; Joannes-Jacobus Revoult, clericus Cenomanensis, ut ne sibi noceat, quòd scripserit se Joannem-baptistam; Josephus Gerdolle, Tullensis, ut ne sibi noceat, quòd in priore Physicorum Catalogo nomen suum inscribere non potuerit, gravi morbo tunc temporis impeditus, quod scripto testatur M. Beaget, Doctor Medicus Parisiensis; Guido-franciscus fleury, Abrincensis, ut ne sibi noceat, quòd in posteriore Physicorum Catalogo nomen inscribere non potuerit, morbo tunc temporis impeditus, testante M. Tiez, Doctore Medico Paris. Hieronymus-Maria delicé, clericus Redonensis, ut immunis fiat à describendis lectionibus philosophicis propter insignem tùm oculorum, tùm stomachi debilitatem, quam testatur M. La Sourdiere, Doctor Medicus Parisiensis; Aegidius Busson, presb. Sanmalovensis, ut immunis fiat a describendis lectionibus philosophicis, tam quæ hoc anno dictabuntur, quam quæ anno præterito dictatæ sunt, propter insignem pectoris imbecillitatem, quam scripto testatur M. Lalone, Doctor Medicus Parisiensis; Philippus de Cailhaud, diœc. Petrocorensis, ut immunis fiat à describendis lectionibus philosophicis, tam quæ anno præterito dictatæ sunt, quam quæ hoc anno dictabuntur; Edmundus flaerty, presb. Cluanensis in hibernia, ut immunis fiat ab onera scribendi propter insignem oculorum debilitatem, testante M. Rostij, Doctore Medico Parisiensi; Agesilaus-Gasto de Grossolle deflamarin, clericus Aginnensis, ut ne sibi noceat, quòd scripserit se Josephum.

Jeancourt

Giradz de Merbouton

Revoult

Gerdolle

fleury

Delicé

Busson

De Cailhaud

flaerty

De Grossolle de-flamarin.

Audito M. Le Neveu, Syndico, amplissimus Rector dimisit Nationes ad deliberandum de supplicibus confirmandosque Quatuorviros. Petitum etiam, ut rata et grata haberentur, quæ gessit in suo trimestri magistratu, et sibi decernerentur Litteræ Commendatitiæ.

Nationes in Comitium regressæ per singulos Procuratores retulerunt, Gallicana quidem, se amplissimi Rectoris acta ita rata habere, ut neque in hac ratihabitione, neque in illâ, quæ postremis Comitiis supplicatoriis suo nomine data est, comprehensum velit Judicium Rectorii Tribunalis die 21. novemb. latum, de quo ipsa provocavit ad supremam Senatus Curiam; Alia nationes simpliciter, se rata et grata habere amplissimi Rectoris acta, eique Litteras commendatitias decernere. Omnes Nationes omnibus supplicibus indulserunt, Picardica tamen excepit Philippum de Cailhaud. Omnes pariter Nationes confirmarunt Quatuorviros à se mane in Comitiis electos, honoranda quidem Magrum Ottin, Grammaticæ Professorem in Montano; fidelissima Magrum Petit humanitatis Professorem in Mazarineo; Veneranda, Magrum Brenet, Grammaticæ Professorem in Harcuriano; Constantissima, Magrum Poinsard, Grammaticæ Professorem in Marchiano.

Quatuorviri, præstito primùm sacramento inter manus amplissimi Rectoris, Conclave subierunt, unde digressi per Magrum Poinsard retulerunt, Electum à se fuisse in Rectorem Virum clarissimum M. franciscum-Nicolaum Guerin, Eloquentiæ Professorem in Sorbonæ-Blesseo. Quæ quidem electio ab omnibus Nationibus comprobata et confirmata est. Et ita concluserit amplissimus Rector.

Extemplò novus Rector præstitit Sacramentum, fuitque solemni more inauguratus. Inde magno comitatu ad ædes suas Sorbonæ-Plessæas deductus est. / Hamelin Rector

17. Dec. Incipit Rectoratus D. francisci-nicolai Guerin.

Anno dñi 1750, die decimâ septimâ mensis Decembris, horâ octavâ matutinâ, in Mathurinensi, amplissimus Rector D. franciscus-Nicolaus Guerin informatus, seu, instructus est more antiquo à Clarissimo Exrectore, sapientissimis Theologiæ, Jurium et Medicinæ Decanis, et Ornatissimis Galliæ, Picardiæ, Normaniæ et Germaniæ Procuratoribus; qui omnes electionem ejus gratam habuerunt, eique opem, operam et consilium polliciti sunt. Et ita conclusit amplissimus Rector. / Guerin Rector

Die vigesimâ septimâ ejusdem mensis Decembris, amplissimus Rector cum sapientissimis Decanis, Ornatissimis Procuratoribus, Adjunctis, et omnibus Apparitoribus, in majore habitu contulit se ad ædes Illustrissimi D. de Lamoignon de Blancmesnil, ipsique elegantissimâ oratione nomine Universitatis gratulatus est acceptam a Rege Cancellarii Dignitatem ab Illustrissimo Viro D. Daguesseau ante paucos dies abdicatam. Latinè respondit Illustrissimus Cancellarius et quidem honorificè ac peramanter. /

Piat
univ. Scriba

G. DE PARIS P.P. EXTR. I. SOL. 4. D. LAF.

Tabula

Officiariorum, tum Majorum, tum minorum, Consiliariorum, Beneficiatorum, Clientium Universitatis Juratorum, per decursum anni millesimi septingentesimi-quinquagesimi receptorum.

Officiarii Majores.

Die septimâ februarii M. Paulus hamelin, tum Rector, donatus est Officio Quæstoris Universitatis, vacante per obitum M. Ludovici-Nicolai Durand. Sacramentum dixit 23. febr. — M. Hamelin Quæstor.

Consiliarii.

Nullus

Beneficiati

Die septimâ mensis Aprilis M. Georgius Inése, presbyter Scotus, antiquus Germanicæ Nationis Procurator, Collegii Scotorum primarius, ad unam e Capellaniis Savoesianis, vacantem per obitum M. Josephi Ravy, nominatus est, præsentante Germanicâ Natione. Sacramentum præstitit die 19 Junii. — Inese, benefic.

Apparitores

Nullus.

Librarii

Die decimâ-nonâ Junii Sacramentum dixerunt Joannes-baptista-Paulus Valleyre, Carolus-Pecquet, Jacobus Merigot Librarii. Item die sextâ Octobris, Richardus-Antonius Lesclapart, franciscus-Joachimus Babuty. — Valleyre, Pecquet, merigot. Lesclapart. Babuty

Papetarii

Nullus.

Pergamenarii

Nullus.

Religatores

Nullus.

Magni Nuncii

In natione Gallicanâ

Die vigesimâ-secundâ Januarii M. Petrus Germain Procurator et Natio Gallicana contulerunt Antonio Minel, civi Parisiensi, munus et Officium Nuncii jurati pro diœcesi et Episcopatu Corisopitensi, vacans per obitum Juliani Langlois, civis quoque Parisiensis. — Quimper Minel

Die trigesimâ Junii, idem Procurator eademque Natio contulerunt Carolo-Petro Boullanger, civi Parisiensi, munus et Officium Nuncii jurati pro diœcesi et Archiepiscopatu Neapolitano, vacans per obitum Henrici-Sulpitii de Troyes de Gautray, civis quoque Parisiensis. — Naples. Boullanger.

Agde
Doumere Boirac

Die vigesimâ Augusti, idem Procurator eademque Natio contulerunt Andreæ Doumere Boirac, civi Parisiensi, munus et Officium Nuncii Juravati pro diœcesi et Episcopatu Agathensi, vacans per liberam abdicationem Marci Heron, Civis quoque Parisiensis.

Macon
Labrouste

Die secundâ Septembris, idem Procurator eademque Natio contulerunt Hieronymo Labrouste, civi Parisiensi, munus et Officium Nuntii Jurati pro diœcesi et Episcopatu Matisconensi, vacans per liberam abdicationem Antonii Viard de montalland, civis quoque Parisiensis.

In Picardicâ

Anvers
Delisle, marquis de Marivaulx.

Die primâ Septembris, Antonius Bartholomæe, Procurator, et Natio Picardica contulerunt Joanni-Jacobo de Lisle, Marchioni de Marivaulx, Civi Parisiensi, munus et officium Nuncii-jurati pro diœcesi et Episcopatu Antuerpiensi, vacans per liberam abdicationem Caroli-Nicolai-Jacobi Dufour, civis quoque Parisiensis.

In Normanicâ.

Nullus.

In Germanicâ.

Montros.
fillemin.

Die vigesimâ-septimâ Februarii, M. franciscus Nagot, Procurator, et Natio Germanica contulerunt Ludovico-francisco fillemin, Civi Parisiensi, munus et Officium Nuncii-jurati pro diœcesi et Episcopatu Montirosensi, in Scotiâ, vacans per obitum Antonii de Bruigne, Civis quoque Parisiensis.

Derp.
Moucher.

Eâdem die, idem Procurator eademque Natio contulerunt Andreæ Moucher, civi Parisiensi, munus et Officium Nuncii-jurati, pro diœcesi et Episcopatu Torpatensi in Livoniâ, vacans per obitum Caroli-francisci Berchevon, Civis quoque Parisiensis.

S.t Asaph.
Divetain.

Die vigesimâ-primâ Martii, idem Procurator eademque Natio contulerunt Ludovico Divetain, civi Parisiensi, munus et Officium Nuncii-jurati pro diœcesi et Episcopatu Asaphoyolensi in angliâ, vacans per obitum Caroli huron, Civis quoque Parisiensis.

Lincoln
Dr. de la Tremoille-Talmond

Die tertiâ Septembris, Edmundus Kelly, Procurator, et eadem Natio Germanica, contulerunt D. Annæ-Carolo-friderico, Principi de la Tremoille civi Parisiensi, munus et Officium Nuncii-jurati pro diœcesi et Episcopatu Lincolniensi, in Angliâ, vacans per liberam abdicationem Joannis-baptistæ Daubley de Nezel, civis quoque Parisiensis.

Raab
Bourdon de Quesnay.

Die quintâ Decembris, idem Procurator eademque Natio contulerunt Carolo-francisco-Nicolao Bourdon de Quesnay, civi Parisiensi, munus et Officium Nuncii-juratâ pro diœcesi et Episcopatu Javarinensi, in Hungariâ, vacans per liberam abdicationem Ludovici Jacquet, civis quoque Parisiensis.

finis anni 1750

Acta
Commentarii, Conclusiones
Universitatis Parisiensis
per decursum
Anni millesimi septingentesimi quinquagesimi-primi

Anno Dñi millesimo septingentesimo quinquagesimo-primo die secundâ Januarii, habita fuit Comitia ordinaria Deputatorum Universitatis apud amplissimum Rectorem in Collegio Sorbonæ-Plessæo. 2. Januar.

Quibus in Comitiis interfuerunt ipse amplissimus Rector D. Franciscus-Nicolaus Guerin; Decani, M. Stephanus-Ludovicus Millet, Theologiæ; M. Nicolaus Bernard, Jurium; M. Hiacinthus-Theodorus Baro, medicinæ: Procuratores, M. Stephanus Lieutaud, Nationi Gallicanæ; M. Blasius Massier, Picardicæ; M. Franciscus-Andreas-Adrianus Pluquet, Normanicæ; et M. Edmundus Kelly, Germanicæ: Officiarii majores, M. Jacobus Vallette Letavau, Syndicus; M. Nicolaus Biat, Scribæ; et M. Paulus Hamelin, Quæstor.

1°. Supplicavit pro Litteris Nominationis jure magistrii artium et quinquennii Joannes-Baptista Culhat, acol. Clarimontensis. De cujus rebus M. Letavau, Syndicus, ac dixit, se vidisse tum ejus Litteras Magistrii, tum Professorum, quos audivit, testimonia, quibus constaret quinquennium Academicum fuisse ab eo rité confectum, cæteraque instrumenta ad hanc supplicationem requisita; in quibus omnibus nihil desiderari. Audito meritissimo Syndico, Placuit, annui præfati supplicis postulationi.

2°. Lecta et recognita sunt, quæ superioribus Comitiis acta fuerant et statuta.

3°. Quòd dixit meritissimus Syndicus, Libello supplici, quem in postremis Comitiis placuerat offerri Supremo Senatui adversùs postulationem Dñi Renard, Collegii Lubantini Procuratoris sequestri, quæ habebatur Conclusione die 5ª Decembris factâ, articulo 4° hunc, inquam, Libello supplici locum non fuisse, quia præfatus Renard à postulatione suâ ultrò destiterit; atque adeò postulationem, quam iisdem in Comitiis placuerat in eodem Libello supplice instituì adversùs Magrum Grillet, dicti Collegii Primarium, instituì non potuisse; Dictum est, Quum primùm opportunè fieri poterit, instituendam esse hanc adversùs Magrum Grillet postulationem. Offerendum esse nimirùm Supremo Senatui Libellum supplicem, quo Universitas, expositis rebus ac factis, ex quibus manifestum est, præsentiam præfati Grillet Lubantini Collegii restitutioni maximè obesse, eum è dicto Collegio Supremi Senatûs autoritate amoveri postulet; ejusdem autem Senatûs prudentiæ ac sapientiæ judicandum submittat, utrum ei aliqui ex præfati Collegii censu pro habitatione elargiendum sit, et quantum.

4°. Appellata est causa inter M. Claudium-Adrianum Delsé, presb. Ambianensem, Baccalaureum Theologum, socium Coletæum, petitorem ex unâ parte; ex alterâ verò Magrum Dufrassoir et Lefebure, Baccalaureos quoque Theologos, et Socios Coletæos, in jus vocatos ad Academicum Tribunal à præfato Magro Delsé per libellum Vadimonii ipsis denuntiatum die 29 Decembris ultimò præteriti ab Antonio Marchand, uno

ex Apparitoribus Academicis, et in publicas adversarum Rationum Tabulas relatum die 31.° ejusdem mensis.

Expostulabat nimirum præfatus M. Delf, quòd diebus 23 et 26. mensis Octobris, proximè elapsi, cum eligendi essent Prior et Procurator Collegii Choletæi, electi fuerint duo Bellovacenses, nempè M. Dupressoir in Priorem, et M. Lefebvre in Procuratorem; cum tamen per dicti Collegii Statuta et Senatusconsultum, anno 1706 factum, necesse sit alterum ex Ambianensibus eligi, ex Bellovacensibus alterum. Quamobrem postulabat, ut prædictæ electiones, aut saltem earum altera, pro nullis et irritis haberentur, suumque jus Ambianensibus sartum tectumque servaretur.

Præfati Dupressoir et Lefebvre, ter pro more inclamati, non comparuerunt.

Itaque M. Delf petiit, actum dari sibi deserti ab adversariis vadimonii, et in emolumentum adjudicari sibi suas postulationes, sive conclusiones.

Audito M. Leneveu, Syndico, re in deliberationem missâ, Placuit, dari Mgro Delf actum deserti ab adversariis vadimonii, et in emolumentum suas illi conclusiones adjudicari.

5.° Appellata quoque est causa inter MM. Camillum Camyer, Baccalaureum Theologum, Nicolaum Adam Licentiatum in utroque Jure, Marcum Maupas et Nicolaum Hebert, omnes Professores Academicos in Collegio Lexovæo petitores, ex unâ parte; ex alterâ verò M. Antonium Leseigneur, Doctorem Theologum, prædicti Collegii Lexovæi Primarium, in jus vocatum à præfatis Professoribus per libellum Vadimonii ipsi denuntiatum ab Antonio Marchand, Apparitore Academico, diebus 1. et 29 decemb. in publicas verò adversarum Rationum Tabulas relatum diebus 1. et 31. ejusdem mensis Decembris.

Ex dictis Professoribus solus Mgr Adam comparuit causamque dixit tam suo quam Collegarum suorum nomine, legitque Libellum supplicem à se et dictis Professoribus subsignatum, et ante aliquot hebdomadas amplissimo Rectori porrectum; in quo communi voto postulabant, ut, quoniam in controversiâ inter præfatum M. Leseigneur et M. Antonium Guenée Rhetoricæ Professorem in dicto Collegio motâ, ad Academicum Tribunal die 8. mensis Augusti proximè elapsi delatâ et adhuc pendente indecisâ, quoniam, inquam, in eâ controversiâ jus commune Professorum ageretur, liceret sibi ad eam causam accedere et in eâ audiri.

Comparuit ipse M. Leseigneur, contenditque in eâ controversiâ sibi rem esse cum solo Mgro Guenée; et consequenter petiit, ut præter illum nemo in eâ audiretur.

Auditis Partibus, audito M. Leneveu, Syndico, Re in deliberaoem missâ, Placuit, præfatos Professores ad causam, pendentem inter MM. Leseigneur et Guenée, tamquam Partes intervenientes admitti; eorum autem interventionem cum ipso Rei fundo, ut vocant, conjungi, atque adeò iis mandari, ut momenta et instrumenta, quibus ad causæ suæ defensionem uti volunt, proferant apud Virum Clarissimum M. Paulum Hamelin, Exrectorem, qui die 8. mensis Augusti, nominatus est Causæ Cognitor.

Et ita super his quinque capitibus, audito priùs super singulis M. Leneveu, Syndico, conclusit Amplissimus Rector. / Guerin Rector

Die ejusdem mensis Januarii Amplissimus Rector in majore habitu cum Decanis, Procuratoribus, adjunctis, Officiariis et Apparitoribus, adiit Illustrissimum Virum D. de Machault Summum Ærarii Præfectum, ipsique nomine universitatis gratulatus est acceptam a Rege Sigillorum regiorum Custodiam. Benigne respondit Illustrissimus

DE PARIS P.P. EXTR. I. SOL. 4. D. LAF.

Regiorum Sigillorum Custos, spemque fecit suum præsidium Universitati non defuturum.

Die vigesimâ-octavâ ejusdem mensis, Amplissimus Rector et præclara Artium facultas interfuerunt solemni sacro, quod ad memoriam D. Caroli-magni celebrari solet in æde Navarricâ ex institutione Cæsaris Egasse Duboulay. Oratio panegyrica dicta non est. 28 Januar.

Die vigesimâ-nonâ, Majores Officiarii Cereos pro more minoribus Magistratibus, Universitatis nomine, detulerunt. N. Piat univ. scriba 29. Januar.

Die trigesimâ ejusdem mensis Januarii, Congregati sunt apud amplissimum Rectorem in Sorbonæ Plessæo sapientissimi Decani, Ornatissimique Procuratores, singuli cum adjunctis ad deferendos Cereos supremis Magistratibus et Illustrissimo Archiepiscopo Parisiensi. Priusquam autem ex Ædibus Rectoriis discederetur, M. Le Sellyer, unus ex adjunctis, Grammaticæ Professor in Cardinalitio, antiquus Picardicæ Nationis Procurator exposuit, sibi litem esse in Curiâ Parlamenti adversùs quosdam Nebulones de re pecuniariâ. Suis autem stipendiis Academicis Adversarios suos regiam manum injecisse; quod quidem videri privilegiis Universitatis esse contrarium: Itaque postulavit, ut ad causam suam Universitas accederet. Audito M. Le Neveu, Syndico, Dictum est, hujusmodi rem non posse satis commodè præ temporis angustiis in præsentiâ expendi; atque adeò in aliud tempus esse remittendam. Et ita conclusit amplissimus Rector. / Guerin Rector. 30 Januar.

Die primâ februarii, Versaliis Amplissimus Rector cum solemni Comitatu Cereos obtulit Regi, Reginæ, Serenissimo Delphino et Serenissimæ Delphinæ, et apud singulos orationes habuit eâ brevitate, eâ nobilitate, quâ decet alloqui maximos Reges Principesque Augustissimos. Cereus quoque oblatus est Illustrissimo Sigillorum Custodi. 1. febr.

Postquam è palatio discessum est, priusquam mensæ accumberetur, de postulatione Mgri Le Sellyer, quæ habetur conclusione diei 30.æ Januarii, deliberatum est. Re agitatâ et discussâ, audito M. Le Neveu, Syndico, Placuit, Ad ejus causam Universitatem accedere eatenùs solùm, ne stipendia Professorum Academicorum regiæ manûs injectioni obnoxia reputentur, nisi fortè ob victum et vestitum. Et ita conclusit Amplissimus Rector. / Guerin Rector

Die tertiâ ejusdem mensis februarii, Amplissimus Rector et præclara Artium facultas interfuerunt solemni sacro, quod celebrari solet pro Magistris Academicis, vitâ defunctis, apud fratres Prædicatores. / N. Piat scriba 3. febr.

Anno dni 1751, die sextâ februarii, habita sunt Comitia ordinaria Deputatorum Universitatis apud Amplissimum Rectorem in Sorbonæ-Plessæo. 6. febr.

I° Supplicarunt pro Litteris nominationis jure Magisterii Artium et quinquennii MM. Andreas-Nicolaus Semillard Desovillers, acolyth. Rotomagæus, Mathæus-Carolus Pougé Subd. Parisinus, et franciscus-Eustachius Lestoré diac. senonensis. De his retulit M. Le Neveu, syndicus, ac dixit, se vidisse tum eorum Litteras Magisterii, tum Professorum, quos audierunt, testimonia, cæteraque instrumenta ad hanc supplicationem requisita: Quod spectat ad MM. Semillard et Pougé nihil desiderari; quod verò spectat ad Mgrum Lestoré, deesse aliquid in iis quæ protulit.

Audito meritissimo Syndico, Placuit, admitti supplicaonem præfatorum Semillard et Pougé, Mgrum verò Lestoré ad alia comitia remitti.

2° Lecta et recognita sunt quæ fuerant superioribus Comitiis acta et statuta.

3° Quòd M. Claudius-adrianus Delf, presb. ambianensis, Bacc. Theol. Socius Choletæus, iterum se stitit adversus Magistros Dupressoir et Lefebvre, Bacc. Theologos et socios item Choletæos, in jus iterum ab eo vocatos per libellum vadimonii ipsis denuntiatum die 30 mensis Januarii nuper elapsi ab Antonio Marchand apparitore academico, et in publicas adversarum Rationum tabulas relatum die eodem. Quòdque, illis non comparentibus, præfatus Delf petiit dari sibi actum deserti iterum ab iis vadimonii, et in emolumentum adjudicari sibi suas conclusiones. Audito M. Leneveu, Syndico, Placuit, dari mgro Delf actum deserti iterum à mm. Dupressoir et Lefebvre vadimonii et in emolumentum suas ipsi conclusiones adjudicari.

4° Comparuit M. Adam, humanitatis Professor in Collegio Lexovæo, in jus vocatus cum mgris Camyer, Maupas hebert ejusdem Collegii Professoribus, a Mgro Le Seigneur, dicti Collegii Primario, per libellum vadimonii ipsis juridicè denunciatum die primâ hujus mensis, et in publicas adversarum Rationum tabulas relatum die 3. ejusdem mensis, Ex unâ parte.

Ex alterâ verò M. Le Seigneur, petitor. Qui ex ipso libello supplice et memoriali, quem adversariis ante aliquot dies denunciari et significari curaverat, causam suam egit, et conclusit in hæc verba, quæ scribæ in manus scripta tradidit; Conclus, a ce que sans s'arrester ny avoir egard a l'intervention des sieurs Camyer, Adam, Maupas et hebert, Professeurs au College de Lizieux, il vous plaise declarer le Sr Guenée non recevable dans ses plaintes et demandes, ou en tout cas l'en debouter. Me donner acte pareillement, de ce que je me rends incidemment plaignant et demandeur contre le Sr Guenée, Professeur de Rhetorique audit College de Lizieux. faisant droit sur mes demandes faire defenses audit Sr Guenée 1° de recevoir dans sa classe d'Ecolliers qu'ils n'y ayent eté conduits par moi. 2° lui faire defense, apres les avoir receus de ma main, de les chasser sans mon autorité, ainsi qu'il a fait a l'egard du Sr Courcelles. 3° Lui enjoindre d'entrer en classe aux heures indiquées par les Reglemens, et de la continuer pendant deux heures et un quart, conformément a iceux, hors les cas exceptés de droit, ou par un usage universel. Enfin de se comporter a mon egard avec plus de respect, qu'il n'a fait par le passé.

Mgr Adam tam pro se quam pro suis Collegis verba fecit ac dixit, Libellum Mgri Le Seigneur sibi a paucissimis diebus denuntiatum fuisse. fieri non potuisse, ut intra tam breve tempus libello tam grandi pararentur responsiones, in iis præsertim occupationibus, quibus in bonum publicum ex officio distinentur. Atque adeò petiit, dari sibi suisque Collegis justum tempus, quo responsiones defensionesque suas parare queant.

Auditis Partibus, audito M. Leneveu, Syndico, re in deliberaonem missâ, Placuit, 1° Libellum Mgri Le Seigneur tradi clarissimo Exrectori Causæ Cognitori. 2° Mandari Mgro Adam ejusque Collegis, ut quamprimum responsiones suas parent, easque intra quindenam in manibus supradicti Cognitoris reponant.

5° Magister Ninin, idem qui die 7. Novembris proximè elapsi postulaverat, ut Universitas Parisiensis ad causam suam accederet, tuleratque hoc responsum, Nullam videri causam legitimam et pertinentem, cur Universitas Parisiensis ipsius Causæ secundum Juris formulas subscriberet, his in Comitiis postulavit, ut eadem

C. DE PARIS P.P. EXTR. I. SOL. 4. D. LAF.

Universitas pro materno in suos amore, quem ipse jam expertus sit, causam suam Officiis saltem adjuvaret. Placuit, haberi rationem ejus postulationis, et rogari amplissimum Rectorem, meritissimum Syndicum, et fidelissimum Quaestorem, ut Magistratus, honoris causâ, invisant, eisque causam praefati Ninin commendent.

6.° Placuit, cum Universitas in Caeremoniis publicis, puta in deferendis ad Primarios Magistratus Cereis, utetur Cursore suo ordinario, huic Cursori attribui eamdem Sportulam, quae Apparitoribus erogatur in iisdem ceremoniis, et insuper tres libellas in equi conductionem.

7.° Cum redhibita fuisset, me postulante, haeredibus Henrici-Renati Collet, sororis meae filii, summa quater mille libellarum, quam ab eo Universitas anno praeterito sumpserat, in construendâ novâ domo Academicâ, annuo ac legitimo foenore, hoc est, vicesimano, ut vocant, denario, constituendam, Ego parem pecuniae summam, eodem foenore, sive proventu, constituendam ex meo aere obtuli, ipse ultro postulans, ut ne census annuus, inde ad me proventurus, ante procedere incipiat, quam coepta sit aedificatio. Placuit, pecuniam cum oblatâ conditione accipi. Et consequenter depolui et consignavi summam quater mille libellarum apud fidelissimum Quaestorem, qui mihi receptae summae Apocham, sive Accepti-lationem, dedit.

8.° Placuit, recognosci et subsignari in hunc annum Tabulam Virorum Academicorum, qui suam partem Tributi regii, viritim impositi, apud Urbis Basilicam pendunt.

9.° Accessit vir honestus D. Doucin, Architectus Juratus, a supremâ curiâ nominatus ad expendendas aedificationum in novâ domo Academicâ faciendarum formas, a D. de Blinieres, Universitatis Architecto anno superiore confectas et descriptas; Sciscitatusque est ab Academico Tribunali, quae mens, quod consilium Universitatis sit in exsequendâ, quam parat aedificatione. Tribunalis autem Academici responsiones excepit et in processu suo verbali, quem vocant, consignavit. Quarum summa, prout extat in dicto processu verbali, haec fuit. Le Tribunal aprés avoir entendu nos observations a deliberé, Qu'il seroit fait un bastiment sur rüe, composé de deux boutiques et porte cochere dans le milieu, ledit bastiment destiné a estre occupé par des Marchands, et en particulier par des Libraires; et que ledit bastiment seroit elevé de quatre etages quarrés et une mansarde audessus desdits quatre etages, le Tribunal n'ayant point actuellement egard au projet general pourvû que la porte cochere donnant entrée dans le tout soit honneste et susceptible d'une inscription. Quant aux plans prétendus faits par le S.r Lobreau, le Tribunal a declaré, qu'il ne les a jamais adoptés, et que nous ne devons y avoir aucun egard.

10.° Quod dictus est unus ex inquilinis domûs Academicae Sanjacobaeanae postulare, ut Scindularia fenestra (une lucarne) quâ lux in suas aedes admittitur, in justam fenestram convertatur, paratus de suo numerare quod impendendum erit in parando vitro vitrique cancellis. Placuit, rogari fidelissimum Quaestorem, ut videat, an res commodé et sine ullo periculo aut detrimento fieri possit. Si nihil obstet, fieri curet hanc fenestram, sub conditione ab ipso inquilino oblatâ.

11.° Dixit meritissimus Syndicus, Administratores S. Yvonis tulisse à supremo senatu Decretum, quo jubetur Universitas murum communem inter S. Yvonis domos et Academicam propere et intra paucos dies diruere et pro suâ parte reficere, Dictum est, huic decreto sine ullâ morâ esse obtemperandum.

Et ita super his undecim capitibus, audito priùs super singulis M. Le Neveu, Syndico, conclusit amplissimus Rector. /. Guerin Rector.

18 febr. Die decimâ octavâ mensis februarii mihi juridicè denuntiata sunt duo supremi senatûs Decreta, quæ sequuntur.

Extrait des Registres du Parlement

Louis par la grace de Dieu Roy de france et de Navarre au premier des huissiers de notre Cour de Parlement ou autre notre huissier ou sergent sur ce requis sçavoir faisons qu'entre Messire Pierre Mathurin Vaillant Prêtre Bachelier en Theologie de l'Université de Paris demandeur en Requeste du vingt cinq Novembre mil sept cent Cinquante d'une part, Et Messire Estienne Lieutaud Prêtre Bachelier ès Loix et Procureur de la Nation de france fondée en l'Université de Paris deffendeur d'autre part Veu par la Cour la Requeste et demande du dit Pierre Mathurin Vaillant du vingt-cinq Novembre mil sept cent cinquante à ce qu'il fut reçu opposant à l'Arrest sur Requeste obtenu par le dit Estienne Lieutaud Prêtre ès dits noms le vingt quatre Novembre dernier faisant droit sur l'opposition, les deffenses y portées fussent levées et le dit Lieutaud fut condamné aux depens, l'Arrest du vingt six Novembre dernier d'appointé à mettre ès mains de Maitre Simon Joseph Tubeuf Conseiller, productions respectives des parties, celle du dit Pierre Mathurin Vaillant par requeste du quatre Decembre dernier contenante aussi demande à ce qu'il fut reçu opposant à l'Arrest sur Requeste obtenu par le dit Lieutaud le vingt quatre novembre dernier faisant droit sur l'opposition les deffenses y portées fussent levées il fut ordonné que les jugemens du Recteur de l'Université des dix sept et vingt-vn Novembre dernier seroient executés par provision et en consequence que le dit Vaillant feroit les fonctions de Procureur de la Nation de france, deffenses fussent faittes au dit Lieutaud de l'y troubler et de s'immisser dans la ditte Procure a peine de tous depens dommages et interests et le dit Lieutaud fut condamné aux depens au bas de laquelle Requeste est l'ordonnance de la Cour qui auroit donné acte de l'employ et reserve d'y faire droit en jugeant et celle du dit Estienne Lieutaud Prêtre ès dits noms et qualités par Requeste du douze Decembre dernier aussi employée pour fin de non recevoir et deffenses et tendante à ce que le dit Vaillant fut declaré non recevable en sa demande portée en sa Requeste du Vingt six Novembre dernier ou en tout cas il fut debouté et condamné aux depens sauf d'autres droits et actions au bas de laquelle Requeste est l'ordonnance de la Cour qui a donné acte de l'employ et reservé d'y faire droit en jugeant, Requeste du quatorze decembre mil sept cent cinquante presentée en notre ditte Cour par les Procureur

Censeur, Doyens et Suppots de la Nation de france fondée en l'Université de Paris tendante à ce qu'ils fussent reçus parties intervenantes en la ditte instance d'appointé à mettre, il leur fut donné acte de l'employ du contenu en leur requeste pour moyens d'intervention sur laquelle faisant droit les dits Procureur, Censeur, Doyens et Suppots de la Nation de france fussent reçus appellans en leurs noms en adherant à l'appel du dit Lieutaud des deux sentences par deffaut obtenues contre le dit Lieutaud au Tribunal du Recteur les dix-Sept et vingt-un novembre dernier par le dit Vaillant l'appel fut tenu pour bien relevé sur lequel les parties procederoient en notre ditte Cour en la maniere ordinaire il fut pareillement donné acte aux dits Procureur, Censeur, Doyens et Suppots de ce qu'ils se joignoient au dit Lieutaud contre le dit Vaillant sur la demande du dit Vaillant portée en sa Requeste du vingt six novembre et appointé à mettre et de ce qu'ils adheroient aux Conclusions du dit Lieutaud contre le dit Vaillant en consequence le dit Vaillant fut declaré non recevable en sa ditte demande en consequence il en fut debouté et condamné aux depens même en ceux de la ditte intervention et demande Sauf d'autres droits et actions contre qui et ainsi qu'ils aviseroient bon etre et Sauf à eux à prendre telles autres Conclusions qu'ils jugeroient à propos au bas de laquelle requeste est l'Ordonnance de notre ditte Cour qui reserve d'y faire droit en jugeant Requeste du dit Lieutaud du Seize decembre dernier employée pour production sur la ditte intervention et tendante à ce qu'il lui fut donné acte de la ditte intervention faite en sa faveur par le Corps de la ditte Nation et de son adhesion aux Conclusions du dit Lieutaud en consequence il fut adjugé au dit Lieutaud les conclusions qu'il avoit prises en la ditte instance avec depens Sauf d'autres droits et conclusions au bas de laquelle requeste est l'ordonnance de notre ditte Cour qui a donné acte de l'employ et reservé d'y faire droit en jugeant Requeste du dit Vaillant du dix huit decembre dernier employée pour fins de non recevoir reponses et deffenses contre les Requestes d'intervention et demande des Suppots de la Nation de france et du dit Lieutaud des douze et quatorze du dit mois de decembre mil Sept cent cinquante Conclusion du Procureur general du Roy, Ouy le Rapport du dit Conseiller tout considéré Notre ditte Cour reçoit les procureur, Censeur, Doyens et Suppots de la Nation de france parties intervenantes et appellantes tient l'appel pour bien relevé Sur lequel les parties procedront en la maniere ordinaire et

accoutumée et cependant sans s'arrester aux oppositions et requestes de Pierre Mathurin Vaillant dont il est debouté ordonne que l'Arrest du vingt quatre Novembre mil Sept cent cinquante sera executé selon sa forme et teneur condamne le dit Vaillant aux depens Sy Mandons mettre le present Arrest à diie et entiere execution selon sa forme et teneur de le faire le donnons pouvoir Donné en notre ditte Cour de Parlement le quatre Janvier mil Sept cent cinquante vn et de notre regne le trente Sixieme.

Louis Par la grace de Dieu Roy de France et de Navarre au premier des huissiers de notre Cour de Parlement ou autre huissier ou Sergent Sur ce requis Sçavoir faisons qu'entre Etienne Lieutaud Prêtre Bachelier ès Loix de la faculté de Paris et Procureur de la Nation de france fondée en l'Vniversité de Paris, appelant des Sentences et Conclusions du Tribunal de la faculté des Arts de Paris des dix-sept et vingt-vn Novembre dernier et demandeur en Requeste du quatorze fevrier present mois a ce que l'appel=lation et ce dont est appel fut mis au neant emendant que L'intimé cy après nommé fut declaré non recevable dans l'oppo=sition par lui formée en l'election et nomination faite de l'appellant par la Nation de france à la ditte place de Procureur de la ditte Nation et dans les demandes par lui formées en consequence au Tribunal de la ditte faculté des Arts en tout cas et Subsidiairement Seulement qu'il en fut debouté, qu'il fut ordonné que la provision accordée à l'appellant par l'arrest Sur appointé à mettre au Rapport de Mr. Tubeuf Conseiller du quatre janvier dernier seroit et demeureroit definitive et le dit intimé condamné aux depens des causes d'appel et demande d'une part et Mre Pierre Mathurin Vaillant, Prêtre Bachelier en theologie et Professeur de cinquiéme au College Mazarin intimé et deffendeur d'autre part et entre les Procureur, Censeur, Doyens et Suppots de la Nation de france fondée en l'Vniversité de Paris appellants en leurs noms et en adherant à l'appel du dit Mre Lieutaud des dittes Sentences et conclusions des dix-Sept et vingt-vn Novembre dernier et deman=deurs en requeste du cinq fevrier present mois à ce qu'ils fussent recus parties intervenantes dans la cause entre le dit Mre Lieutaud et Vaillant, Qu'acte leur fut donné du contenu en leur requeste pour moyens d'intervention et faisant droit tant Sur la ditte intervention que Sur le dit appel de la Nation de france le dit Mre Vaillant fut declaré purement et Simplement non recevable dans Son opposition et demandes Sur les quelles etoient intervenues les dittes Sentences et Conclusions, en tous cas et Subsidiairement Seulement il en fut debouté, il fut ordonné que la provision accordée au dit Mre Lieutaud par le dit Arrest Sur appointement à mettre Seroit et demeureroit definitive et que le dit Mre Vaillant fut condamné aux depens de la ditte Intervention et demande d'une part, et le dit Mre Vaillant et Lieutaud deffendeurs d'autre part, après

que Deperthes Avocat d'Estienne Lieutaud, Bidault avocat de Vaillant et Berne Avocat de la Nation de France ont été oüis ensemble LeBret pour le Procureur General du Roy, Notre ditte Cour reçoit les parties de Berne parties Intervenantes, leur donne acte de l'employ porté par leur Requeste faisant droit au principal a mis et met l'appellation et Sentences et Conclusions dont est appel au Neant Emandant declare la partie de Bidault non recevable dans Son opposition et ses demandes, ordonne que la provision accordée par Arrest du quatre janvier dernier demeurera definitive condamne la ditte partie de Bidault en tous les depens des Causes d'appel et demandes envers les parties de Deperthes et de Berne — Si mandons mettre le present Arrest à execution Selon sa forme et teneur de ce faire te donnons plein et entier pouvoir. Donné en notre ditte Cour de Parlement le Six fevrier l'an de grace mil Sept cent cinquante-un et de notre Regne le trente Sixieme Dufranc

Anno dñi 1751, die vigesimâ februarii, habitu suntextrâ ordinem Comitia Deputatorum Universitatis apud Amplissimum Rectorem in Sorbonæ Plessæo. 20 februar.

1° Dixit Amplissimus Rector, hæc à Se convocata fuisse extrâ ordinem Comitia ad Videndum ac statuendum, quo pacto conciliari possint et amicè componi Universitatis et Sodalitii S. Yvonis ratione, in extruendâ novâ domo Academicâ. Et rogavit meritissimum Syndicum ut si quid super illâ re meditatum aut comperum haberet, exponeret.

Dixit meritissimus Syndicus, duo esse, quæ Universitatem inter et Administratores S. Yvonis difficultatem moveant nempè murum, inter utrosque Communem, quem in præsentiâ dirui Universitatis rationes postulant, non item S. Yvonis; quemque refici necesse est, sumptu quidem communi, sed tamen cum aliquo discrimine, ratione variarum circumstantiarum. deinde damnum, quod domûs S. Yvonis Conductor præstari sibi postulat quo impedito ultrà tempus legitimum conditionis suæ fructu. Quod spectat ad primum, hoc est, ad murum Communem legit meritissimus idem Syndicus transactionis formulam, quam dixit sibi his diebus à præfatis Administratoribus fuisse traditam, ut Academico Tribunali proponeretur, et in quâ nonnulla animadvertit, quæ Universitatis rationibus minùs æqua videantur. De secundo capite, minimum de damni præstatione à supra dicto Conductore postulatâ dixit, Nihil esse dubii, quin, si in jus eatur, ad præstandum illud damnum Universitas adigatur, Decentiùs itaque et utiliùs facturam, si sine strepitu ac impensâ forensi rem transigat quam minimo poterit pretio. Placuit, nominari eumdem meritissimum Syndicum cum fidelissimo Quæstore, qui rem utramque cum præfatis Administratoribus quam maximâ potuerunt fide ac diligentiâ disceptent et quam minimo pretio peragant, fierique eis potestatem cum præfatis Administratoribus transigendi.

2° Retulit meritissimus idem Syndicus, Mgrum Lesellier eâ causa

Suæ parte, quâ in foro Parlamenti per Audientiam, ut vocant, litigabat, et ad quam Universitas die 1ª hujus mensis accesserat catenus tantum, ut stipendia Professorum Academicorum ab injectione regia manus immunia præstarentur, cecidisse. Supremi autem Senatûs Decreto, postulante Illustrissimo Advocato Catholico D. Lebret, cautum fuisse, ut Universitas sua momenta suosque Titulos super stipendiorum suorum immunitate apud Illustrissimum Procuratorem Catholicum proferat ut eo audito, Senatus, quod æquum fuerit, statuat. Adjecit idem Syndicus, superesse eidem Mgro Lefellier alteram ejusdem causæ partem, integerrimi Senatoris D. Bochart de Sarron cognitioni commissam; petere dictum Lefellier ut ad eam quoque Universitas accedat, quatenus nimirum Professores Academici comprehendi non possint ob res alienum, neque dari carceri. De his rebus, Placuit, nullam haberi rationem postulationis Mgri Lefellier. Rogari Amplissimum Rectorem, ut cum meritissimo Syndico Illustrissimum Advocatum Catholicum D. Lebrat, honoris causâ inviset eique grates referat de suâ in Universitatem voluntate. Parari libellum memorialem de immunitate stipendiorum Professorum, eumque quam primum Illustrissimo Procuratori Catholico offerri.

Et ita super his duobus capitibus conclusit amplissimus Rector.

Guerin Rector.

27. Februar. Anno Dñi 1751 die vigesimâ-septimâ Februarii, habita fuit extrâ ordinem Comitia Deputatorum Universitatis apud Amplissimum Rectorem in Sorbonæ-Plessæo. Quibus in Comitiis primum interfuit M. Ludovicus De la Roche, novus Juridicæ facultatis Decanus.

1° Dixit Amplissimus Rector, Murum, qui communis est inter Sodalitium S. Yvonis et Universitatem, captum esse dirui, prout jubet Supremi Senatûs Decretum à præadicti Sodalitii administratoribus obtentum. Sed in ipso operis progressu Visum esse periculum ne ista demolitio muri domûs proximè adjacentis, quam emit Universitas quamque paravit de novo construere, nec muri solùm, sed et ipsius domus trahat ruinam. Cujusque inter utrumque murum grandes interjacere trabes, in ipsos muros ex utraque parte insertas, quæ in præsentiâ non mediocriter inserviunt ad sustinendos ac retinendos illos muros. Si autem subtraherentur, quod fieri necesse est ut murus ille communis diruatur, qui præstare valeat alterum murum, jam præ vetustate caducum, non illicò casurum, cum magno Operariorum atque etiam præstantium Civium periculo? Se ideò hæc Comitia extra ordinem convocasse, ut super eâ re audiretur D. de Blinieres, Universitatis Architectus, et quid facto opus esse, statueretur.

Auditus est D. de Blinieres, qui rem fusiùs explicavit, conclusitque dicendo, manifestum videri periculum, atque adeò necesse esse murum illum domûs, quam recens emit Universitas, atque etiam ipsam domum, in præsentiâ diruere, præsertim quum aliunde intrà paucos menses diruenda sit ad novas, quæ parantur, ædificationes.

Cum autem M. Le Peveu, Syndicus, morbi causâ abesset, amplissimus Rector rogavit Mgrum Hamelin, Quæstorem, ut partes Syndici ageret.

Audito igitur Mgro Hamelin, Syndici partes agente, Placuit unanimi consensu, rogari Dnum Doucin, Architectum, ut una cum D. de Blinieres rem propiùs inspiciant et si utrique verum periculum esse videatur, rogari Amplissimum Rectorem, ut sine ullâ aliâ deliberatione jubeat fieri præfati muri atque etiam ipsius domûs, si necesse sit demolitionem.

2° Idem M. Hamelin tam suo quam meritissimi nomine retulit, quid ambo egerint cum administratoribus Sodalitii S. Yvonis, ex conclusione

U.ES DE PARIS
C.P.P.EXTRA.SOLA.D.LAF.S.

diei 20.ᵃ hujus mensis: Nimirum de muro communi vestituendo transegisse quid, et quantum, et quâ ratione utraque pars conferret: transegisse etiam de damni præstatione a Conductore postulatâ, et pactam summam illico numerasse et accepti latione recepisse a præfato Conductore. Quæ omnia, Placuit, rata haberi.

Et ita super his duobus Capitibus Conclusit amplis. Rector./.

Guerin Rector

Anno dñi 1751, die Sextâ mensis Martii, habita Sunt Comitia ordinaria Deputatorum Universitatis apud amplissimum Rectorem in Sorbonæ-Plessæo. 6. mart.

1.° Supplicarum pro Litteris Nominationis pro Magisterii artium et quinquennii MM. Petrus Louchart, presb. Ambianensis; Thomas Barbe, presb. Bajocensis; Natalis Deuisse, diac. Ambianensis; Jacobus-Claudius Sautreau, Acol. Parisinus; Michaël-Franciscus Coiet Duviviers de Lorry, diac. Metaus. Debis retulit M. Le Revau, Syndicus, ac dixit, se vidisse tum eorum Litteras Magisterii, tum Professorum, quos audierunt, testimonia, quibus constat, quinquennium Academicum fuisse ab iis ritè confectum; cæteraque instrumenta ad hanc supplicationem requisita; in quibus omnibus nihil desiderari, nisi quòd in actis Academicis, quæ protulit M. de Lorry, malè disposita sunt ipsius nomina. Audito meritiss. Syndico, Placuit, sua præfatis supplicibus postulata concedi; non ante tamen expediri Litteras præfato de Lorry, quam nomina sua in actis Academicis reformari curaverit.

2.° Lecta et recognita sunt, quæ fuerant superioribus Comitiis acta et statuta.

3.° Exposuit Amplissimus Rector, quid actum sit, ex conclusione factâ die 27.° februarii: Nimirum Dnum Doucin, Architectum, visitasse et inspexisse tam murum illum communem, quem Universitas in præsentiâ tenetur, quam domum Academicam, proximè adjacentem, quam eadem Universitas de novo ædificare constituit; illamque sententiam suam scripto datam ad se misisse. Quam quidem sententiam ipse amplis. Rector legit. Visâ sententiâ præfati Doucin, Audito M. Le Revau, Syndico, Re ad deliberandum propositâ et maturè ac diligenter expensâ, Placuit unanimi consensu, Sine morâ, hoc est die Lunæ proximâ, Operarios advocari, qui tam præfatum murum communem, quam ipsam domum vacuam emptam ab Universitate, projicere demoliantur. Rogandum fidelissimum Quæstorem, ut huic demolitioni invigilet; quin etiam aliquem constituat, qui curet, ne ferramenta, aut si quæ inter vidabuntur utilia, universi pereant. Ornatissimi Picardiæ et Normaniæ Procuratores addiderunt, se nolle quidquam Supremi Senatûs Decreto derogatum velle, nec hujus demolitionis impensas locum habere in pacto Constructionis suscipiendæ pretio.

4.° De Causâ ad Academicum Tribunal delatâ die 8.ª augusti proximè elapsi inter M. Antonium Guenée, Rhetoricæ Professorem in Collegio Lexovæo et M. Antonium Le Seigneur ejusdem Collegii Primarium, et insuper inter Mgros Lamyer, Adam, Maugras et Hebert, dicti Collegii Professores, ad causam Mgri Guenée tanquam Partes intervenientes die 2.° Januarii novissimè præteriti admissos, retulit Clarissimus Exrector M. Hamelin, illius Causæ ab Academico Tribunali die jam dicto 8.° augusti nominatus, Partiumque contendentium Titulos ac momenta diligenter excussit. Quâ auditâ relatione, audito M. Le Revau, Syndico, Re in deliberationem missâ, Omnes conformiter ad sententiam

Clarissimi Cognitoris et Conclusiones meritissimi Syndici, ita censuerunt Fiat ab Academico Tribunali, ubi commodum erit, lustratio Collegii Lexovæi. Interim, et per provisionem, præfati Collegii Professores, eâ quandoque libertate, quâ Professores Academici in aliis Collegiis gaudeant, ut ipsi per se è Scholâ suâ possint expellere Scholasticos, quos expulsione dignos judicabunt. Hortandi tamen sunt, ut, quantum per circumstantias licebit ac fieri poterit, antequam hos expellant Primarium præmoneant. Ubi continget, aliquem, vel aliquos expelli, Professores, quam primum poterunt, curent expulsorum Magistros, Pædagogos, aut parentes de ea expulsione certiores fieri. Primarius et Professores inter se et erga se invicem eo mutuæ Caritatis et observantiæ concentu se gerant, quo decet Professores erga Primarium et Primarium erga Professores se gerere. De cæteris sive querelarum, sive petitionum capitibus Partes è foro mittantur.

5° M. Claudius-Adrianus Delf, presbyter Ambianensis, Bacc. Theologus, Socius Choletæus, tertiò se stitit adversùs Magrum Lefebvre, Bacc. Theologum et Socium Choletæum, in jus abeo tertiò vocatum per libellum vadimonii ipsi denunciatum ab Antonio Marchand, apparitore Academico, die 2ª hujus mensis et in publicas adversarum Rationum tabulas relatum die 4ª ejusdem mensis.

Non comparuit præfatus Lefebvre. Sed accessit unus è Bursariis Choletæis Lucianus Hochart, qui dixit, se fuisse Electorem præfati Lefebvre cum quinque aliis Bursariis Choletæis Lenoir, De Bryc, Gareau, Quenescourt et Villain; Et tam suo quam præfatorum Bursariorum nomine vivâ voce postulavit, ut sibi ipsique liceret ad causam Magri Lefebvre, tanquam Partes intervenientes, accedere, daretur que justum tempus ad parandà sua momenta.

M. Delf petiit, ut, quoniam M. Lefebvre tertiò non comparuit, judicium, quod adhuc obtinuit ex deserto vadimonio, confirmetur ac vim habeat Judicii contradictorii, nullâ habitâ ratione postulationis Luciani Hochart.

Audito M. Lefevre, Syndico, Placuit, admitti præfatum Hochart et alios tanquam Partes intervenientes. Ipsis reliquum hujus mensis spatium, non plùs minusve, ad parandà sua momenta concedi. Causæ autem judicium decretorium ac definitivum ad proxima Comitia ordinaria remitti.

6° Placuit, indici sacras ac solemnes Universitatis supplicationes ad diem hujus mensis 19.um

Et ita super his sex capitibus, audito primùm super singulis M. Lefevre, Syndico, concluxit amplissimus Rector.

Guerin Rector

9 Mart.

Anno Dñi 1751, die nonâ mensis Martii, habita sunt in Maturinensi Comitia Universitatis ad aperiendum Rotulum.

1° Omnes censuerunt, Et more Majorum aperiendum esse Nominationum Rotulum.

2° Supplicarum pro litteris Nominationis jure Magistrii Artium et quinquennii Mm. Franciscus-Eustachius Lestore, diac. Senonensis, et Franciscus-Theodorus Renouard, subd. Ambianus. De his rotulis M. Lefevre, Syndicus, ac dixit se vidisse tùm eorum litteras Magistrii, tùm Pro-

G. DE PARIS P.P. EXTR. I. SOL. 4. D. LAT.

=fessorum, quos audierunt, testimonia, quibus constat, quinquennium Aca=
=demicum fuisse ab iis rite confectum, cæteraque instrumenta ad hanc
Supplicationem requisita; in quibus omnibus nihil desiderari. Audito
meritissimo Syndico, Placuit, sua præfatis supplicibus postulata
concedi.

Et ita super his duobus capitibus conclusit ampliss. Rector. //.

Guerin Rector

Anno dni 1751 die decimâ nonâ mensis Martii, habita sunt in 19 Mart.
Maturinensi Comitia centuriata Universitatis ad sacras supplicationes.

Primum in angulo consessum est, ubi supplicarunt pro Litteris
Nominationis jure Magisterii Artium et quinquennii MM Joannes Malet,
presb. Petrocorensis; Robertus Deschamps, presb. Bajocensis; Franciscus-Jo=
=sephus Thiebault, subd. Ambianus; Joannes Gros, subd. Sanpapulensis;
Petrus-Alexander de Barrat, presb. Gratianopolitanus; Michaël-Ludovicus
fumée de Pouligny, presb. Bajocæus. De his retulit M. Le Neveu, syn=
=dicus, ac dixit, se vidisse tum eorum Litteras Magisterii, tum Pro=
=fessorum, quos audierunt, testimonia, quibus constat quinquennium
Academicum fuisse ab iis rite confectum, cæteraque instrumenta ad hanc
Supplicationem requisita; in quibus omnibus nihil desiderari. Audito
meritissimo Syndico, Placuit, sua præfatis supplicibus postulata concedi.
Et ita conclusit ampliss. Rector.

Ibidem Sacramentum præstitit Petrus-henricus Prault, novus Libra= Prault. Libr.
=rius, præsentante D. Valleyre, uno ex adjunctis.

In Comitio. Postquam peroravit amplissimus Rector, Omnes Ordines
Academici rata et grata habuerunt, quæ gessit in suo Magistratu litte=
=rasque ipsi commendatitias decreverunt, et amplum comitatum exhibu=
=erunt rite procedenti ad ædem Deo sacram sub invocatione S. Martini
in Collegio Sorbonæ-Plessæo. Ibi Pontificem egit S. M. N. Ducrocq, Doctor
Sorbonicus, Collegii Primarius; sacram concionem habuit S. M. N. Ri=
=ballier, Doctor Sorbonicus: eucharisticam M. Louvel, Litterarum Pro=
=fessor in Grassinæo. /.

N. Piat Scriba

Anno dni 1751, die vigesimâ secundâ mensis Martii, habita sunt 22 Mart.
extrà ordinem, et sine sportulâ, Comitia Deputatorum Universitatis apud
Ampliss. Rectorem in Sorbonæ-Plessæo.

1° Dixit amplissimus Rector, se conventum his diebus fuisse a Viro
quodam Illustrissimo ac Nobilissimo, qui postulet, elocari sibi ad emphyteu=
=sin, ut vocant, domum Academicam, quæ inscribitur l'hostel de l'uni=
=versité, oblatis certis conditionibus, quas Universitati placituras esse
confidat. Cum autem visus sit Vir ille nobilissimus Comitia ordinaria
proxime futura expectare non posse, ideò se hæc Comitia extrà ordinem
convocasse, ut antè omnia deliberetur, an placeat emphyteusis. Audito
M. Le Neveu, Syndico, re in deliberationem missâ et diu versatâ, Dictum
est, Emphyteusin non placere, atque adeò præfatam Domum Academicam
more consueto esse locandam.

2° Dixit fidelissimus Quæstor, domesticum administratorem rerum
Dni de Montesquiou duas summas, sat quidem leves, repetere, nempè
quindecim libellas ex unâ parte, ex alterâ viginti, ob nonnulla opera, quæ
proprio consilio fieri curavit in ædibus, quas præfatus D. de Montesquiou
conduxit in supra-dictâ Domo Academicâ, quæ quidem opera præfatus
Quæstor recensuit. Placuit habere rationem prioris summæ, non item
posterioris

3° Eâ autem occasione, Placuit statui, ut nulla habeatur ratio

Sumptuum in domibus Academicis à Conductoribus factorum, nisi fuerint opera de consensu Tribunalis Academici suscepta, aut, si res urgeat, de consensu saltem fidelissimi Quæstoris.

Et ita super his tribus capitibus, audito prius super singulis M. Leneveu, Syndico, conclusit Amplissimus Rector. / Guerin Rector.

24 Mart. Anno dñi 1751 die vigesimâ quartâ mensis Martii, habita sunt Comitia gñalia præclaræ Artium facultatis, in Maturinensi.

Primùm Amplissimus Rector habuit Orationem eloquentissimam de revocandâ inter Ordines Academicos concordiâ. Deinde fecit supplicandi licentiam.

Coüet du Viviers de Lorry. Supplicârunt Michaël-franciscus Coüet du Viviers de Lorry, diac. Metæus, in Artibus Magister, ut ne sibi noceat, quòd in Catalogis et Litteris Magisterii scriptus sit franciscus-Michaël; Nicolaus-Marcus-Antonius De Marle, clericus Suessionensis, ut ne sibi noceat, quòd in Catalogis inscriptus sit Petrus-Marcus-Antonio, pro Nicolao-Marco-Antonio; Petrus Billardet, clericus Æduus, ut ne sibi noceat, quòd scripserit se in duobus Catalogis Petrum-Simonem; Nicolaus-Josephus Fiot, diac. Catalaunensis, ut ne sibi noceat, quòd inscripserit se in Catalogis Josephum-Nicolaum; Ludovicus-franciscus de George Dollieres, subdiaconus Massilius, ut ne sibi noceat, 1° quòd nominibus suis malè adjecerit cognomentum de Luminy. 2° quòd in quibusdam Catalogis omiserit nomen gentilitium de George. 3° quòd Codicum philosophicorum partem casu amiserit, quos tamen diligenter et summâ fide in Scholâ manu propriâ scripsit, testante, quem habuit Professorem, M. Tingry in Sorbonæ-Plessæo; Carolus-Spes-hubertus Dezeddes, diac. Lingonensis, ut ne sibi noceat, quòd in Catalogis Philosophicis scripserit se fortunatum pro Spe; Anna-florentius Camus, presb. Parisinus, in artibus Magister, ut ne sibi noceat, quòd nomini suo gentilitio malè adjecerit particulam le; franciscus-Nicolaus-Ludovicus David, clericus Silvanectinus, ut ne sibi noceat, quòd scripserit in Catalogis franciscum-Ludovicum-Nicolaum, et Silvanectensem pro Silvanectino; Ludovicus-Josephus Sauval, Cameracensis, ut posterius Logicæ semestre bis confectum sibi pro utroque Logicorum valeat; Joannes Fleury, clericus Remensis, ut biennium philosophicum, quod in Universitate Remensi confecit, nimirùm ab instauratione Scholarum anni 1746 ad ferias Academicas anni 1748, ut constat ex Litteris patentibus ejusdem Universitatis, datis die 21. mart. 1751, sibi in Academiâ Parisiensi pro uno anno imputetur; Georgius Ardent, Acol. Lemovicensis, ut immunis fiat a describendis lectionibus philosophicis, tam quæ ab initio hujus anni Academici dictatæ sunt, quam quæ reliquo ejusdem anni spatio dictabuntur, ob insignem stomachi debilitatem, testante M. Munier Doctore Medico Parisiensi; Petrus-Paulus Lagarde, Acol. Vassionensis, ut immunis fiat ab onere describendi lectiones philosophicas, tam quæ ab initio hujus anni Academici dictatæ sunt, quam quæ reliquo ejusdem anni decursu dictabuntur, ob insignem pectoris debilitatem, testante M. Munier, Doctore Medico Parisiensi.

Demarle. Billardet. Fiot. De George dollieres. Dezeddes. Camus. David. Sauval. fleury. Ardent. Lagarde.

Audito de his supplicibus M. Leneveu, Syndico, Amplissimus Rector dimisit Nationes ad deliberandum de illorum postulationibus, et confirmandos Quatuorviros; petiitque ut rata et grata haberentur quæ gessit in suo trimestri magistratu, sibique Litteræ commendatitiæ decernerentur.

Dimissæ Nationes ad deliberandum ac deinde regressæ per Ornatissimos Procuratores retulerunt, 1° se rata et grata habere quæ gessit Amplissimus Rector in suo trimestri magistratu eique litteras commendatitias decernere: velle autem, ut oratio quam habuit in his Comitiis describatur in Commentariis Universitatis. 2° Omnibus supplicibus indulgere. 3° Confirmare Quatuorviros, matutinis Comitiis electos, nimirùm in honorandâ Natione M. Guimbert, Litterarum Professorem in Sorbonæ-Plessæo; in fidelissimâ M. Quervelle, humanitatis Professorem in eodem Collegio; in Venerandâ M. huilard, virum Procu-

G. DE PARIS P.P. EXTR. 1. SOL. 4. D. LAF.

=ratorium; in Constantissimâ, M. Duffy, virum item Procu=
=ratorium. Et ita conclusit amplissimus Rector.

Quatuorviri, dicto solemni Sacramento, Conclave subierunt, unde digressi, per Mgrum Duffy retulerunt, se fasces Rectorios una=nimi consensu Amplissimo Viro M. D. Francisco-Nicolao Guerin prorogasse.

Quæ prorogatio statim ab omnibus Nationibus comprobata et confirmata est.

Et ita conclusit amplissimus Rector. /. Guerin Rector

Sequitur Oratio Amplissimi Rectoris quam præclara Artium facultas voluit hîc describi.

Postquam ad hanc honoris sedem vestro consensu evectus fueram, Procuratores Ornatissimi, Lectissimi Quadrumviri, Proceres Academici, cogitare cœpi mecum, atque animo sollicitè moliri quâ potissimùm operâ vestrum vobismetipsis judicium approbarem. illa me cura dies et noctes angebat, et, ut habent omnia semper initia plus anxietatis, parum ea voluptatis, pace vestra dixerim, ex delato munere permittebat. pigebat insuper me ab utilibus consiliis statim distrahi, impositis in ipso ingressu laboribus, necessariis potiùs, quàm ad rem vestram per se conducentibus. Salutandi primùm illust. Cancellarius, illust. Sigillorum custos: deinde conveniendi cereorum causâ Magistratus, petendæ Versaliæ: neque ante fas fuit, quàm his omnibus more solito confectis, ad vestra negotia liberum animum appellere. tunc enimverò mihi visus sum esse primùm Rector. tunc primùm licuit purè omnia circumspicere, res, ut gestæ fuerant, in ipsis videre, et multa variis hactenùs confusa sermonibus distinctiùs intueri.

Non celabo vulnera Universitatis, quæ nemo dissimulaverit, nisi qui ea sanari nolit, qualem esse inter nos aliquem nefas sit suspicari. multa damna contraximus, Proceres Acad. multa, et quæ resarcire non unius aut alterius, sed plurium annorum fuerit. quæ unde originem habuerint, quis vestrûm ignorat. absit profectò, ut hîc quempiam velim in invidiam vocari. non homines quæro, sed causam. iniquus injuriusque sit, qui in hos, vel in illos conferat, quod errore communi peccatum est. neminem incuso, nemo incusandus. fuit hic æstus fortasse animorum, at non fuit cupiditatis. omnes commune bonum voluerunt; non omnes viderunt. sed quò magis excusatione ii digni sunt, qui, cum se utilia sequi arbitraventur, nihilominùs ab utilitate publicâ tantùm deflexerunt, hòc nos magis agnoscere necesse est, quàm funesta sint ea dissidia, quibus tandiù inter nos confliximus, quæ ubi valent, animis officiunt etiam sapientum et bonorum, nec nisi seram, inanemque post se relinquunt, malo confecto, pœnitentiam.

Hoc nos misero nimis eventu nunc experimur: at non me fugit neque novum, neque inusitatum esse, diversas existere inter homines de rebus sententias. Sed si ubi decuit illas opinionum dissensiones neque in apertas vitas erumpere, neque in longa temporum spatia publicâ vi nâ perseverare; ubinam illud magis sperandum fuit, quàm hîc inter viros litterarum humanitate perpolitos, et omnibus civilium officiorum præceptionibus imbutos. quid universi facimus in publicâ Re, quod singuli nolimus in propriâ? quis nostrûm lentus videat rem suam perire, levium aliquot contentionum morâ interceptam? quamquam suam rem culpâ et sponte amittere, stultitia est, publicam non conservare, flagitium. et tamen pereat res Universitatis, si retinatur interea dignitas, cujus jactura viris bonis omnium longè gravissima est. dignitate stetit hactenùs Academia; dignitate Patronos difficillimis suis temporibus amplissimos acerrimosque nacta est; dignitate famam apud cives venerationemque consecuta est. at nos quò nunc pretiosam illam aviti patrimonii partam amandamus? hoc in vulgus differri? hoc loqui magistratus? nullos in civitate homines magis inter se discordare, quàm Universitatem: inter eos nihil sine lite transigi; litem ex lite nasci: interdùm breves esse quasi inducias, nunquam pacem.

Et sanè parcite, Proceres Acad. præterita forsan vehementiùs revolventi. Sed me jubet mali præsentis acerbitas ad veritatem dicere, non ad gratiam. indulsissem tamen auribus vestris, et egissem lenius, si nihil ultra metuendum crederem. illuc res, non sine vincendis multis sanè cunctationibus, illuc res adduximus, ut tandem in incepto sint. cætera prope sponte jam et expedita sunt. sed nondum tamen omnis timendi causa sublata est. brevi et his jactationibus in statu sedatiore quietura videtur Academia; sed nisi intimâ conversione animi coaluerint, supererunt cupientibus semina discordiarum, quarum is erit tandem exitus, ut plerisque non sentientibus (namque ista plerique nisi obitæ et perfunctoriè non curant) prorsùs in dies profligatior que sit Universitas.

Verùm has timoris reliquias abstergit, aut certè multùm allevat facta jam animorum mutatio. vix, discussis quibusdam veluti nubibus, nescio quo fato inductis, patefactum est, quanto in discrimine versaretur nostra res, et quid esset in ulteriori dilatione periculi, statim quasi reconciliatis elementis, restituta serenitas, et optata effulsit derepente studiorum in idem conspiratio, ut appareat, vos causâ disjunctos fuisse, non voluntate, atque ut mirum sit tandiu dissensisse, qui tam facilè, tam citò ad concordiam redierint. quare insistite bonis consiliis, Proceres Acad. tuemini fortunas et decus optimæ et beneficentissimæ matris, cui nemo est ex nobis, qui non debeat vel præsentem rerum harum statum, vel certè spes suas in posterùm.

AG. DE PARIS
P.P. EXTR. I. SOL. 4. D. LAF.

Interim fasces Rectorios vobis restituo, quorum, ut fatear quod res est, nihil hactenus sensi præter pondus: quos, si nostri Academiam pœnitet, videte, cui sitis commissuri. non impediam vestrum delectum multarum exaggeratione virtutum: ista præterimitto, quæ nemo est quin requiri sentiat, prudentiam, ut non vulgarem, sic neque nimis exquisitam, sed parcam, et ut ita loquar, sobriam: omitto diligentiam, facundiam. At sit præcipuè, quicunque futurus est Rector, sit magnæ mentis, potiùs quàm ingenii, malè angustis mentibus publica commoda committuntur. parvus animus arcto privatarum gratiarum, simultatum, utilitatum orbe totus includitur. elatus atque generosus ex tam iniquo spatio evolat, et in omnem societatis circuitum liberè diffunditur: publici amoris cupiditate inflammatur, gloriâ ducitur, servit existimationi, ad quam solâ magnorum in suos meritorum viâ contenditur.

Illa et verò homini in aliquo gradu constituto unica ambitio permittenda est. nam quis jure postulet, vel ferat, Rectorem, simul atque electus fuerit, machinas instruere, comparare, nationes omnes et tribus veluti circumire, partem trimestris Magistratûs ambitu conterere; ne scilicet, post brevem honoris usuram statim dejiciatur, non quia quidpiam mali designarit, sed quia ejus Rectoratus quibusdam fortasse displicuerit. illud a me fateor ne tentatum quidem. totus rigidus sum et mancus et impeditus ad amplexandum, ad prehensandum: et ut ille quondam Romanus, quem in petendo consulatu pudebat ineptire coram Catone, non sine aliquâ verecundiâ ad has artes coram viris sapientibus descenderim. præterea malè vestri muneris magnitudinem intelligat, qui eo se dignum profiteatur. porro quid aliud facit, qui ambit?

Sed ne illud quidem patiamini, nedum postuletis. vultis Rectorem securum de se, sollicitum de vobis. et hanc Academiam creditis ab eo veriùs coli et observari, qui se suffragiorum arbitrio commiserit, quàm qui suffragia cæcis ante molitionibus invaserit.

In quo ego, sicut in cæteris, planè vobis assentior. nemini minùs indignè ferendum est, nemo minùs indignè feret, vos hodie vestræ libertatis meminisse. unum vos rogo atque obtestor, quæcunque a me dicta sunt, æqui bonique consulatis, ut pote profecta ab eo vestri præsertim decoris studio, quo me jam sponte flagrantem vestri honores vehementiùs etiam incenderunt. cæterum, quidquid faxitis, felix faustumque sit Universitati./.

Anno dñi 1751, die vigesimâ-nonâ mensis Martii, habita sunt extrà ordinem Comitia Deputatorum Universitatis apud Amplissimum Rectorem in Sorbonæ-Plessæo. Quibus in Comitiis primùm interfuit M. Augustinus-Guillelmus-Josephus Rose, novus Normanæ Nationis Procurator. interfuit etiam M. Nagot, antiquus Germanicæ Nationis Procurator, loco M. francisci Poinsart, novi dictæ Nationis Procu- 29 Mart.

=ratoris, ex morbo absentis.

1° Amplissimus Rector protulit in medium processum Verbalem et Sententiam D. Doucin, Architecti a Supremo Senatu nominati ad ex=pendendas descriptiones ædificationum in domo Academicâ S. Jacobeâ faciendarum et gratiorum æstimationes. Quæ cum lecta fuissent, dixit Amplissimus idem Rector, superesse jam, ut tam processus ille Verbalis, quam Sententia, in Supremi Senatûs Tabulas referantur. Quod si fiat, magnâ sanè pecuniæ summâ rem Universitati constitutam. Itaque hoc proposuit ad deliberandum, An placeret, præfatâ Sententiâ ultrò stare, nec postulare, ut in Senatûs Tabulas referatur. Audito M. Le Neveu Syndico, Sapientissimi Theologiæ, Jurium et Medicinæ Decani, et Ornatissimi Galliæ et Germaniæ Procuratores, censuerunt eâ Sententiâ standum esse, nec postulandum, ut in Supremi Senatûs Tabulas referatur; Ornatissimi Picardiæ et Normaniæ Procuratores spatium sumpserunt ad consulendos suos Ordines. Amplissimus Rector ex numero suffragio=rum longè majori concluxit, præfatâ Sententiâ esse standum, nec postulandum, ut in Supremi Senatûs Tabulas referatur.

2° Lecta est Decisio, ne vocant, regii Consilii, quâ interiora Collegio=rum Academicorum ædificia a jure extineti mancipii libera declarantur. Placuit, eam Decisionem in Commentarios Universitatis describi.

Et ita concluxit amplissimus Rector. Guerin Rector

Amortissemens.
Ville de Paris.
Bail de Lambelinot.

Les Proviseur, Principal et Bourtiers du College de Bourgogne dechargés des droits d'amortissemens a eux demendés.

signé Lorrain.

pour ampliation

Decision du Conseil du 10 mars 1751.

Les Proviseur, Principal et Bourtiers du College de Bourgogne demandent, que sans avoir egard à l'Or=donnance de M. l'Intendant du 27 septemb. 1749. ils soient déchargés du droit d'amortissement de la Cons=truction d'un bastiment qu'ils ont fait faire en 1739. Ils representent, que ce bastiment est dans l'interieur de leur College, puisqu'il n'a ni ne peut avoir d'autre issuë que la porte commune, et qu'on ne peut le regar=der comme estant dans le commerce, parce qu'il ne peut estre loué qu'a des Etudians dans l'universitè, sans bail, ni convention par ecrit, qu'ainsi il ne peut estre dû d'amortissement. Le fermier soutient que le droit est dû, parceque le Reglement de 1738 n'a exemptè que les maisons Religieuses, et qu'il suffit, que le bastiment dont il s'agit soit loüé et qu'il produise un revenu, n'y ayant aucun Reglement qui ait affranchi les Colleges des droits d'amortissement. Qu'ainsi il y a lieu de confirmer l'Ordonnance de M. l'Intendant. /.

3. April. Anno Dñi 1751 die tertiâ mensis Aprilis, habita fuit Comitia ordinaria Deputatorum Universitatis apud Amplissimum Rectorem in Sorbonæ-Plessæo.

1° Supplicavit pro Litteris Nominationis jure Magisterii Artium et quinquennii Nicolaus-Josephus Fiot, diœc. Catalaunensis. De eo retulit M. Le Neveu, Syndicus, ac dixit, se vidisse tum ejus Litteras Magisterii, tum Professorum, quos audivit, testimonia, quibus constat, quinquennium Academicum fuisse ab eo ritè confectum, cæteraque instrumenta ad hanc supplicationem requisita, in quibus omnibus nihil desiderari. Audito meritissimo Syndico, Placuit, annuere præfato supplici.

2° Lecta et recognita sunt, quæ fuerant Comitiis superioribus acta et statuta.

C. DE PARIS P.P. EXTR. I. SOL. 4. D. LAF.

3° De negotio, in Academico Tribunali [illegible] pendente inter Mgros Delf et Lefebvre, Socios Choletæos, de munere Procuratorio Collegii Choletæi, Placuit, Priorem et Communitatem Bursariorum ac Sociorum dicti Collegii in jus ad proxima Comitia ordinaria, nomine Syndici Universitatis, vocari, ut, iis super eo negotio auditis, quod æquum erit, statuatur.

4° Cum constaret, Virum honestum Joannem-baptistam Le Roy, antehac Procuratorem in Castelleto, munere suo Procuratorio cessisse, atque adeò Officium Procuratoris Universitatis jurati, quod illi collatum fuerat, de facto vacare, Placuit, prædictum Procuratoris Universitatis jurati in foro Castelleti Officium Viro honesto Ludovico-Antonio Fauvelay, in dicto Castelleti foro Procuratori, conferri. Fauvelay.

5° Quòd die 29ª mensis Martii proximè elapsi cum amplissimus Rector, lectâ sententiâ D. Doucin, proposuisset ad deliberandum, An placeret eâ sententiâ ultrò stare, nec postulare, ut in Supremæ Curiæ tabulas referretur, ob graves impensas, inde in Universitatem redundaturas, cæteris Deputatis standum censentibus nec postulandam supremi Senatûs autoritatem, Ornatissimi Picardiæ et Normaniæ Procuratores petierunt dari sibi tempus ad consulendos super eâ re suos Ordines; quòdque præfati Procuratores hodiernis Comitiis sui quisque Ordinis sententiam vivâ voce retulerunt, Placuit, eam dictorum Procuratorum relationem, sive declarationem, eatenùs admitti et adoptari, quatenùs, ex eâ patuit, utrumque, tùm fidelissimum tùm Venerandum Ordinem, ad sententiam Tribunalis Academici, prædictâ die 29 Martii emissam et pronuntiatam, accedere.

6° De constructione domûs Academicæ, Placuit, rogari meritissimum Syndicum, ut ex fusâ illâ et verbosâ Architectorum descriptione excerpi curet tabulam unam simplicem, in singulas Operum classes distinctam, cum singulis pretiis, ut Opifices suam quique partem inspicere valeant eique subscribere.

Et ita super his sex capitibus, audito prius super singulis M. Le Neveu, Syndico, Conclusit amplissimus Rector. / Guerin Rector

Anno dñi 1751, die Martis vigesimâ mensis Aprilis, habita sunt Comitia Universitatis in Maturinensi ad celebrandam Synodum Academicam. 20 April.

1° Post habitam ab amplissimo Rectore Orationem, Beneficiati Universitatis hoc ordine appellati sunt.

Pastores Ecclesiarum parochialium

M. Christophorus Bellot, Licent. Theologus, Pastor Ecclesiæ parochialis SS. Cosmæ et Damiani.

M. Claudius Leger, in Artibus Magister, Pastor Ecclesiæ parochialis S. Andreæ ab Arcubus.

M. Joannes-baptista-Antonius Cotelle, Licent. Theol. Pastor Ecclesiæ paroch. S. Germani Senioris, ab Universitate inter majores beneficiatos ultimò nominatus, designante Ven. Normanorum Natione

Capellani

M. Carolus Tabourin, in Artibus Magister, Capellanus Capellaniæ B. mariæ in Ecclesiâ paroch. S. Andreæ ab Arcubus.

Capellaniarum Savoësianarum

M. Franciscus Carolus Dufour, Doctor Theol. Ecclesiæ Parisiensis Canonicus.

M. Petrus-Stephanus Gourlin, Bacc. Theol.

M. andreas

M. Andreas Pottier, Bacc. Theologus.
M. franciscus Brenet, Bacc. Theol. et Grammaticæ Professor in Harcuriano.
M. Georgius Inese, antiquus Germanicæ Nationis Procurator et Collegii Scotorum Primarius, ab Universitate inter minores beneficiatos ultimò nominatus, designante et præsentante Constantissimâ Germanorum Natione.

Capellaniarum de Castelleto

M. Petrus Meuricæ, Licent. in utroque Jure.
M. Julianus Chabrun, Bacc. Theol.
M. Petrus-Maturinus Vaillant, Bacc. Theol. et Grammaticæ Professor in Mazarineo.

Capellaniarum de Thesauro regio

M. franciscus Witasse de fontaine, Licent. Theol.
Vir Ven. franciscus Monchablon, presb. Catalaunensis.

Abfuere MM. Tabourin, Dufour, Brenet, Witasse, et Monchablon; inter quos M. Witasse solus fuit, pro quo nulla absentiæ causa prolata est.

Audito M. Le Nevou, Syndico, Placuit, laudavi præsentes, absentes verò ob causam legitimam excusavi, cæteros muletâ solitâ damnari.

2° Digressi beneficiati, Placuit admitti ad Sacramentum Virum honestum Ludovicum-Antonium Gauvelay, Procuratorem Universitatis Juratum in foro Castelleti die 3ª hujus mensis Nominatum.

Et ita super his duobus Capitibus Conclusit amplissimus Rector.

Guerin Rector

8. Maji Anno Dñi 1751 die octavâ mensis Maji, habita sunt comitia ordinaria Deputatorum Universitatis apud Amplissimum Rectorem in Sorbonæ Plenario.

1° Supplicarunt pro litteris nominatoriis juris Magisterii artium et quinquennii M. M. Jacobus-Savinianus Gigot de Grandhôtal, Presbyter Senonensis; Franciscus Barjentier, Presb. Rotomagensis; Stephanus Labadie, Acol. Auscitanensis. De his retulit M. Le Nevou, Syndicus, ac dixit, se vidisse tum eorum litteras Magisterii, tum Professorum, quos audierunt, testimonia, quibus constat, quinquennium academicum fuisse ab iis rite confectum, cæteraque instrumenta ad hanc Supplicationem requisita; in quibus omnibus nihil desiderari. audito Merito Syndico, placuit sua præfatis Supplicibus postulata concedi.

2° Lecta et recognita sunt quæ fuerant comitiis Superioribus acta et Statuta.

3° De controversiâ in academico Tribunali pendente inter Magistrum Delsol et Magrum Le Fevre, Socios Sholetanos, de munere procuratorio Collegii Sholetani certantes, auditis singulatim omnibus dicti Collegii Sociis et bursariis, ad hæc comitia juridicè vocatis ex conclusione postremis comitiis factâ, placuit, eam causam ad Superiores dicti Collegii ordinarios remitti, omnibus in statu, ut dicunt, remanentibus. in illo judicio Ornatiss. Picardiæ Procurator M. Mersier abstinuit a dicendâ sententiâ.

4° Quod dixit meritiss. Syndicus, vacare unum e quatuor officiis Bergamensium

A. G. DE PARIS P. P. EXTR. I. SOL. 4. D. LA F.

Universitatis Juratorum per obitum viri honesti Petri-Joannis Foligner, placuit, illud officium conferri viro honesto Augustino Hebert, mercatori pergamenario, civi Parisiensi.

5.° Quod dixit Amplissimus Rector, æditueos Ecclesiæ S. Stephani in monte, quos matricularios vocant, rogare, ut quod antehac aliquando factum est, ipse cum Academico Tribunali Umbellam deferat in solemni supplicatione, die Christi Corporis festo proximè celebrandâ, de eâ re, visâ conclusione die tertio Maji 1727 factâ, et die quarto Junii 1740 confirmatâ, quâ cavetur, ne ejusmodi munus honorarium ante vigesimum quemque annum suscipiatur, dictum est, ea cclusoe standum esse, atque adeo oblato munere, donec tempus venerit, abstinendum.

6.° Fidelissimus Quæstor ex scripto recensuit varias pecuniæ partes, quas anno proximè elapso Universitas ex ære alieno sumpsit, summam efficientes triginta sex millium libellarum cum quingentis libellis; cui summæ si adjeceris decies mille libellas a Dno Bonnedame anno 1749 sumptas, habebis summam quadraginta sex millium libellarum cum quingentis libellis.

7.° Dixit Amplissimus Rector, se his diebus Epistolam accepisse ab Illustriss. Regiorum Sigillorum Custode et summo ærarii Præfecto, quâ interiores Collegiorum Academicorum ædes a Tributo Vicesimano, ut et a Decumano, immunes ac liberæ declarantur. quæ quidem Epistola palam lecta est, et sic habet,

a Paris le 22 avril 1751.

On se conformera, Monsieur, pour l'imposition du Vingtieme des batimens des Colleges de l'Université a la decision qui a eté donnée au mois de Decembre 1736 pour le Dixieme de ces memes batimens, et en consequence les batimens interieurs seront exempts du Vingt.e, et les batimens exterieurs y demeureront assujetis. Mais l'exemption que le Roi veut bien accorder a l'Université ne peut ni ne doit la dispenser de donner des declarations même pour les batimens interieurs dont les loyers seront compris sur les rolles de l'imposition, et seulement tirés pour memoire. je suis a vous sincerement, Monsieur.

Signatum, Machaut.

Placuit, haberi gratias Amplissimo Rectori ob navatam in eo negotio diligentem operam: Epistolam Illustrissimi Regiorum Sigillorum Custodis in Commentariis Universitatis describi, ipsum verò autographum, unà cum decisione Regii Consilii anni 1736, cujus in hac Epistolâ mentio habetur, et alterâ ejusdem Consilii decisione, datâ die decimo mensis Martii proximè elapsi in gratiam Collegii Burgundiani, in Chartophylacio Universitatis deponi et asservari.

Et ita super his septem capitibus, audito priùs super singulis M. Le Neveu, Syndico, conclusit Amplissimus Rector. / Guerin Rector

5. Junii Anno Dni 1751 die quintâ Junii habita sunt comitia ordinaria deputatorum Universitatis apud Amplissimum Rectorem in Sorbonæ-Plessæo. quibus in

Comitiis primùm interfuit M. Philippus Dupressoir, Novus Picardorum Nationis Procurator

1.° Supplicavit pro litteris nominationis jure Magisterii artium et quinquennii M. Nicolaus Brumant Presbyter Parisinus. de quo retulit M. Le Neveu, Syndicus, ac dixit se vidisse tum ejus litteras Magisterii, tum Professorum, quos audivit, testimonia, quibus constat quinquennium Academicum fuisse ab eo rite confectum; cæteraque instrumenta ad hanc Supplicationem requisita, in quibus omnibus nihil desiderari. audito Meritissimo Syndico, Placuit, Sua præfato Supplici postulata concedi.

2.° Postulavit Antonius Damiens Ambianensis, in Artibus Magister, dari sibi licentiam aperiendi hac in urbe Pædagogii sub clientelâ Universitatis. nominati sunt, qui de eo inquirant, Ornatissimi Galliæ et Picardiæ Procuratores.

3.° Cum repentino gravique morbo correptus esset in ipso comitio M. Piat, Fidelissimus Scriba, Amplissimus Rector rogavit Mgrum Hamelin, Quæstorem integerrimum, ut partes Scribæ ageret. itaque Mgro Hamelin legente, recognita sunt, quæ fuerant Superioribus comitiis acta et Statuta.

4.° Placuit indici Sacras ac Solemnes Universitatis Supplicationes ad diem hujus mensis 21.um

5.° Item placuit Suos Singulis concertationibus Scholasticis dies assignari et indici, hoc scilicet ordine:

Mense Junio

Rhetores. — Die Mercurii 16. Orationem Græcam in Gallicam vertent.
Martis 22 Carmen Latinè Scribent
Lunæ 28. Orationem Scribent Gallicè

Secundani. — Veneris 18. Orationem Græcam in Gallicam vertent.
Veneris 25. Latinam vertent in Gallicam.
Mercurii 30. Carmen Latinè Scribent.

Tertiani ++

Mense Julio

Tertiani ~~Rhetores~~ — Die Jovis 1. Orationem Gallicam vertent in Latinam.

Rhetores — Veneris 2. Orationem Latinè Scribent.

Secundani — Sabbati 3. Orationem Gallicam in Latinam vertent.

++ Tertiani — Sabbati 19. Græcam orationem vertent in Gallicam.
Sabbati 26. Latinam vertent in Gallicam.

Meritissimus autem Syndicus et Integerrimus Quæstor rogati sunt ut his concertationibus alternis interessent.

6.° Magister Ninin, idem qui die 6.a Februarii hujus anni postulaverat, ut Universitas Parisiensis pro materno in suos amore, quem ipse jam expertus sit, causam suam officiis saltem adjuvaret, his in comitiis postulavit, 1.° ut eadem Universitas eamdem, quam antea, sibi præstaret operam: Placuit haberi rationem ejus postulaõis. 2.° ut sibi darentur e Tabulis Academicis extractæ conclusiones, quæ de se latæ sunt in Tribunali Academico: non dari placuit. 3.° ut Tribunal Academicum, quædam quæ ad disciplinam pertinent, scripto sibi testaretur: Responsum est testimonia illa non a Tribunali Academico debere describi, sed ab Amplissimo Rectore, et Meritiss. Syndico, aliisque qui dignitatem aliquam in Academiâ obtineant

7.° Lectus est libellus Supplex Tribunalis Academici nomine Scriptus de Collegio Hubantino ejusque Primario. Placuit hunc libellum offerri, verbis iisdem, quibus fuit recitatus.

G. DE PARIS P.P. EXTR. I. SOL. 4. D. LAF.

8°. Quod dixit M. Le Neveu, Syndicus, honestissimum virum Joannem Baptistam Coignard postulare, ut sibi expediretur exemplar authenticum Senatusconsulti, de Præmio Eloquentiæ quotannis a se proposito. Placuit expediri

9°. Quod postulavit M. Dupressoir, Ornatissimus Picardiæ Procurator, tempus constitui, quo operarii teneantur Domum Academicam dare perfectam et habitabilem: Dictum est 1°, conclusionem, si qua sit, a Fidelissimâ Natione eâ de re latam, exhibendam esse proximis in comitiis Deputatorum Universitatis: 2° vocandos et eâ de re, quàm primùm fieri licuerit, interrogandos operarios.

Et ita super his novem capitibus, audito priùs super singulis M. Le Neveu Syndico, conclusit Amplissimus Rector. /. Guerin Rector

21. Junii — Anno Dni 1751 die vigesimâ primâ mensis Junii, habita sunt in Maturinensi Comitia centuriata Universitatis ad Sacras Supplicationes.

Primùm in angulo confessum est, ubi supplicarunt pro litteris nominationis jure Magisterii Artium et quinquennii M. M. Julianus-Olivarius Gibon Dupargs, Subdiaconus Rhedonæus; Ludovicus Delf Presbyter Ambianensis; Antonius-Franciscus Froissard Presbyter Ambianensis; Hieronimus-Ludovicus Billard de Loriere Subdiaconus Parisinus; Petrus Pluyette Presbyter Parisiensis; Philibertus Bardanne Dumont Presbyter Claromontensis. de his retulit M. Le Neveu, Syndicus, ac dixit, se vidisse tum eorum litteras Magisterii, tum Professorum, quos audierunt, testimonia, quibus constat quinquennium Academicum fuisse ab iis rite confectum, cæteraque instrumenta ad hanc Supplicaoem requisita; in quibus omnibus nihil desiderari. Audito Meritiss. Syndico, Placuit sua præfatis Supplicibus postulata concedi. Et ita conclusit Amplissimus Rector. /.

Dumesnil facul. Ju. Apparitor — Hebert Pergamenarius — Ibidem Sacramentum præstiterunt Ant. Augusti. Paulus Dumesnil Juridicæ Facultatis apparitor in locum Patris demortui suffectus; Augustinus Hebert Pergamenarius Universitatis Juratus electus in locum Petri-Joannis Foligner mortui.

In Comitio, postquam peroravit amplissimus Rector, omnes Ordines Academici rata et grata habuerunt quæ gessit in suo magistratu, litterasque ipsi commendatitias decreverunt, et amplum comitatum exhibuerunt rite procedenti ad ædem Deo Sacram sub nomine Christi Salvatoris. ibi Pontificem egit S. M. N. Jacquin Doctor Theologus, Ecclesiæ Christi Salvatoris Pastor Vigilantissimus; Sacram concionem habuit S. M. N. Rivierre Doctor Sorbonicus; Eucharisticam M. Guené Rhetoricæ Professor in Lexoræo. /.

23. Junii. — Anno Dni 1751 die vigesimâ tertiâ Junii, habita sunt comitia generalia præclaræ artium Facultatis in Maturinensi.

Post habitam ab Amplissimo Rectore orationem et factam ab eo supplicandi potentiam, supplicarunt Philippus-Christophorus-Franciscus-~~Christophorus~~ de Custine, Clericus Metæus, ut non sibi noceat quod, inverso prænominum ordine, scripserit se Christophorum Franciscum Philippum; Josephus-Christophorus du Fayet de la Tour, Clericus Sanflorensis, ut non sibi noceat quod, inverso nomine Gentilitio, scripserit De la Tour Dufayet; Joannes Berte Presbyter Bajocensis, ut non sibi noceat quod nomen gentilitium scripserit Bertha cum littera, h; Joannes-Michael Conseil, Subdiaconus Bajocæus, ut nomen Baptista deleatur; Alexius La Tapie de la Vallette Diaconus Cadurcensis, ut non

De Custine — Du fayet de la Tour — Berte — Conseil — La Tapie de la Vallette

sibi noceat quod in omnibus catalogis omiserit nomen gentilitium La Tapie; Antonius Fradet Dorly, Parisinus, ut loco Parisiensis, Scribatus Parisinus; Josephus Maria André Isnard Diaconus Colonus, ut non sibi noceat quod in duobus catalogis Logicorum Scripserit Andreas pro nomine gentilitio André; Gilbertus George de Montelout, acolythus Claromontensis, ut non sibi noceat quod 1° nomini gentilitio adjecerit de Pannieres, 2° scripserit Claromontanus; Stephanus-Carolus Bidault, Presbyter Carnotensis, ut non sibi noceat quod, inverso prænominum ordine, scripserit Carolus-Stephanus; Petrus-Renatus-Felix Jua, Clericus Carnotensis, ut prænomen Renatus in omnibus catalogis omissum restituatur; Joannes-Antonius-Laurentius Lambert, Diaconus Nivernus, ut non sibi noceat quod 1° in omnibus catalogis, inverso prænominum ordine, Scripserit Antonius-Joannes, 2° in tribus catalogis Scripserit Joannes-Baptista; Julianus-Leonorius Gilbert, Clericus Constantiensis, ut biennium Cadomi confectum in Collegio Sylvano Academiæ Cadomensis a Sandionysiacis annis 1748, ad Ferias annis 1750, ut constat ex litteris testantibus ejusdem Academiæ, sibi pro uno anno in Academiâ Parisiensi imputetur; Martinus Dauga, Presbyter Lascurrensis, ut non sibi noceat quod in priore Logicorum catalogo nomen omiserit, propter gravem morbum quo detentus est sub finem anni 1749, testante Mgro Peaget Doctore Medico Parisiensi; Antonius Josephus Felix Muyssart, Clericus Cornacensis, ut non sibi noceat quod in priore Logicorum catalogo nomen omiserit anno 1749, quod hujus scribendi rationem certò non sciret, testante Mgro Chevreuil Philosophiæ Professore in Mazarinæo; Carolus-Ludovicus Prevost, Clericus Rothomagensis, ut non sibi noceat quod nomen omiserit in posteriore Logicorum catalogo, quia propter gravem patris morbum abfuit vernus finem mensis Aprilis; Carolus de St Paul, Clericus Parisinus, ut immunis fiat a describendis lectionibus Philosophicis, tam quæ a Remigialibus anni proximè elapsi dictatæ sunt, quàm quæ postea dictabuntur, quod propter oculorum infirmitatem, quam testatur M. Lallouette Doctor Medicus Parisiensis, non potuerit supplicare ultimis comitiis.

Fradet Dorly — André Isnard — George de Montelout — Bidault — Jua — Lambert — Gilbert — Dauga — Muyssart — Prevost — De St Paul —

Audito de his supplicibus M. Le Neveu, Syndico, amplissimus Rector dimisit Nationes ad deliberandum de illorum postulationibus, et confirmandos quatuorvivos; petiitque ut rata et grata haberentur quæ gessit in suo trimestri magistratu, sibique litteræ commendatitiæ decernerentur.

Dimissæ nationes ad deliberandum, ac deinde regressæ pro Oratissimos Procuratores retulerunt, 1° se rata et grata habere quæ gessit amplissimus Rector in suo trimestri magistratu, eique litteras commendatitias decernere. 2° omnibus supplicibus indulgere; etiam Juliano-Leonorio Gilbert, Clerico Constantiensi, eâ lege ut intra mensem unum afferat Dyploma, quo constet ipsum in Collegio Sylvano studiorum Philosophiæ. 3° confirmare quatuorvivos matutinis comitiis electos, nimirum in honorandâ Nationè, M. Moreau Philosophiæ Professorem in Monte acuto; in Fidelissimâ, M. Meissyer Grammaticæ Professorem in Cardinalitio; in Venerandâ M. Gardin Dumesnil, Litterarum Professorem in Regiâ Navarrâ; in Constantissimâ, M. Inesy, Collegii Scotorum Primarium. Et ita concluxit amplissimus Rector.

Quatuorvivi, dicto Solemni Sacramento, conclave subierunt, unde digressi pro Mgrum Inesy retulerunt, se fasces Rectorios unanimi consensu amplissimo D. D. Francisco-Nicolao Guerin provogasse.

G. DE PARIS P.P. EXTR. 1. SOL. 4. D. LAF.

Quæ prorogatio statim ab omnibus nationibus comprobata et confirmata est.
Et ita conclusit Amplissimus Rector. / Guerin Rector

3. Julii Anno Dni 1751 die tertiâ mensis Julii, habita sunt Comitia ordinaria Deputatorum Universitatis apud Amplissimum Rectorem in Sorbonæ Plessæo

1º Dixit Amplissimus Rector, se die septimâ Junii proximè elapsi rogasse Mgrum Querelle Humanitatis Professorem in Sorbonæ Plessæo, ut fidelissimi Scribæ Mgri Piat ægrotantis vicem gereret: cum autem neque actis neque litteris Academicis a vicem-gerente scriptis et signatis fides ulla, nisi per Tribunal Academicum esse possit, ideo se postulare, ut factum suum tribunalis autoritate confirmaretur. Audito M. Le Neveu, Syndico, Placuit confirmari.

2º Supplicarunt pro litteris Nominationis jure Magisterii artium et quinquennii M.M. Antonius Tournant, Diaconus Laudunæus; Nicolaus Hieronimus Le Cousturier, Presbyter Parisinus; Joannes Berte, Presbyter Bajocensis. de his retulit M. Le Neveu, Syndicus, ac dixit se vidisse tum eorum litteras Magisterii, tum Professorum, quos audierunt, testimonia, quibus constat quinquennium Academicum fuisse ab iis rite confectum, cæteraque instrumenta ad hanc supplicationem necessaria, in quibus omnibus nihil desiderari. Audito Meritiss. Syndico, Placuit sua præfatis supplicibus postulata concedi.

3º Lecta et recognita sunt quæ fuerant superioribus comitiis acta et statuta.

4º Cum Amplissimus Rector dixisset, non fore hoc anno Eloquentiæ Latinæ præmii distributionem, quam Examinatores ad annum proximum censuerunt remittendam, quòd Magistri in Artibus, qui de argumento nuper proposito scripserunt, nihil palmâ dignum dederint, postulavit Orationis Latinæ argumentum ante Ferias Academicas proponi; sic enim Universitatis Professores, quam spem multi fecerunt, in scribendâ Oratione propositâ, quod sibi otii per Ferias esset, posituros. Placuit postulatio, Rogatusque est Rector Ampliss. ut eâ de re cum Illustrissimo Procuratore Catholico colloqueretur ac decerneret.

5º Nominavit Ampliss. Rector, qui legant et expendant concertatorias Scholasticorum Scriptiones, in Rhetorica, M.M. Crevier, Dagoumer, Adam, Furgault; in Secundo Ordine, M.M. Vallée, Vauvilliers, Le Beau, Lambert; in Tertio, M.M. Caffarel, Carrouge, Ninin, Guimbert. Placuit eam nominationem probari.

6º Meritiss. Syndicus libellum legit, in quo M. Morin Collegii S. Michaelis Procurator sequester, postquam exposuit Illustrissimum Marchionem de Refuge dicto Collegio debere ac summâ fide solvere triginta libellas annuâ pensione, pro quâ dicto Collegio oppignerantur tria jugera in fundo Arcoliano; fundum autem illum a Majoribus dicti Marchionis Principi Guisiaco olim fuisse venditum, nec intercessisse venditionis Decreto dicti Collegii Procuratorem, adeoque mortuo dicto Marchione, annuam pensionem extinctam fore: a Tribunali Academico petit, utrum loco hujus pensionis annuæ, quæ propter ingravescentem dicti Marchionis ætatem, brevi nulla futura est, admitti velit oblatas ab illo antiquæ probitatis Viro tres et triginta libellas annui reditûs, apud Basilicam urbis

Parisiensis Solvendas. Audito Meritiss. Syndico, re in deliberationem missâ, cum gratissimi animi sensu Placuit admitti.

7.° Meritiss. Syndicus alterum legit libellum, in quo idem M. Morin postulat primùm, ut Collegii Trecorensis res procurantibus per Tribunal Academicum liceat, coram Notario pacisci de quinque jugeribus cum quatuor et octoginta perticis, quæ portio agri Medicâ, vulgo de Luzerne, Sati, in fundo vici de Thiais, dicto Collegio ab Illustrissimo Viro Le Normant Regis jussu munificè conceditur, pro uno jugero cum nonaginta perticis et quindecim pedibus, quod in fundo vici de Seve dicti Collegii proprium, collocandæ domui de Bellevüe Selectum fuit: deinde ut iisdem potestas fiat vendendi aut permutandi quasdam agri partes dicti Collegii proprias, 1° octo et Septuaginta agri perticas, in fundo vici de Seve, collocandæ domui de Bellevüe nuper adscriptas; 2° unum jugerum cum quadrante, in fundo vici de Vamvres, unde effodiuntur lapides ad Basilicam l'Ecole Militaire faciendam comparati: denique quid sit providendum de dicti Collegii ædificio ruinæ proximo, quod in vico de Seve viæ jam primùm dilatandæ imminet. Audito Meritiss. Syndico, Placuit 1° haberi rationem postulationis Mgri Morin; 2° prædictas agri partes, in fundis vicorum de Seve et de Vamvres, permutari, si fieri possit, cum aliâ portione ejusdem agri Medicâ Sati, de quo supra, et de illâ permutatione coram Notario pactum fieri; tertio adiri Illustrissimum Virum de Trudaine, atque enixè rogari ut Collegii Trecorensis rebus consultum velit.

8.° Meritiss. Syndicus legit libellum Supplicem de Collegio S. Michaelis Scriptum, quo removeantur cupiditatis suspiciones, cujus insimulatur Parisiensis Universitas, quia dicti Collegii Primarii cooptationem a Serenissimo Principe de Chalais nuper factam non probat. Placuit alium Scribi libellum, qui ostendat, 1° adversus cooptationem a dicto Principe factam, dari Universitati exceptionem per Senatûs consultum anno 1743 latum; 2° Supremo Senatui potestatem esse a Procuratore Sequestro dicti Collegii rationes reposcendi, quibus Satis constabit tum rerum dicti Collegii inopia, tum Universitatis integritas.

9.° Rogatus est Amplissimus Rector, ut ante proxima Deputatorum Universitatis comitia, cum Illustrissimo Senatûs Principe diem constitueret ad Solemnem præmiorum Academicorum distributionem.

10.° Meritiss. Syndicus legit novæ domûs Academicæ in viâ San-jacobæanâ construendæ descriptionem cum Singulorum operum pretio, ex descriptione Dni Doucin Architecti Jurati excerptam. Placuit hanc compendiosam descriptionem offerri Dno de Blinieres, Universitatis Architecto, Simul et operariis, deinde Notario tribui ab operariis Signandam.

11.° Quod dictum est, Dnum de Blinieres Universitatis Architectum in operibus domûs Academicæ conficiendis retardari, quia dictæ domûs forma a Dno Doucin delineata, quatuor pedes cum decem pollicibus Spatiosior est, quàm locus ædificio construendo destinatus, Placuit eâ de re vocari Dnum de Blinieres; qui quidem præsens et interrogatus cum ita se rem habere respondisset, rogatus fuit Rector Amplissimus, ut Dnum Doucin hujus erroris emendandi certiorem litteris faceret, ab illo, quid in eam rem opus sit, accepturus.

Et ita Super his undecim capitibus, audito priùs Super Singulis M. Le Neveu, Syndico, conclusit Amplissimus Rector./. Guerin Rector

C. DE PARIS
P.P. EXTR. I. SOL. 4. D. LAF.

7. Aug. Anno Dñi 1751 die Septimâ Augusti, habita sunt Comitia ordinaria Deputatorum Universitatis apud amplissimum Rectorem in Sorbonæ Plessæo.

1°. Supplicarunt pro litteris nominationis jure Magisterii Artium et quinquennii MM. Jacobus Nicolaus Auvray, Subdiaconus Rotomagensis; Joannes-Claudius Pouchot, Presbyter Gratianopolitanus; Jacobus-Tussanus de Brije, Presbyter Bellovacus; Claudius Roussel, Presbyter Vivariensis, Ord. Clun. antiquæ observantiæ expressè Professus Beneficiatus; Joannes-Felix-Armandus Godart acol. Laudunensis; Joannes-Ludovicus Barnes, acol. Londinensis, Anglo-Benedictinus; Joannes Remy, Diaconus Parisiensis; Ludovicus Martin, Presbyter Ambianensis; Zacharias-Nicolaus Lalliat, Trecensis, Diaconus Suessionensis, Beneficiatus; Gilbertus-Georgius de Monteloux, acolythus Claromontensis; Martinus le Baube Diaconus Rotomagensis; Natalis Missonet, Clericus Trecensis; Ambrosius Bardeaux, acolythus Noviomensis; Franciscus Oursel, Presbyter Carnotensis; Guillelmus-Benedictus Lucy, Subdiaconus Meldæus; Alexander-Ludovicus-Franciscus Therezt, Presbyter Audomarensis; Joannes Quintinus Doucy, acolythus Noviomensis; Petrus Halbout, Subdiaconus Bajocensis; Gabriel-Michael de la Croix, acolythus Carnutæus; Joannes-Antonius-Laurentius Lambert, Diaconus Nivernus; Joannes Petrus Chaudessolle, acolythus Claromontanus; Petrus Lignac, Subdiaconus Sarlatensis; Bruno Toquesne, Presbyter Ambianensis; Cuthbertus Simpson, Diaconus Cestrensis, Anglo-Benedictinus; Guillelmus Gibert, Dia. Mimatensis; Jacobus-Christophorus Guigoud, Lugdunæus, Beneficiatus, Subdiaconus San-Claudiensis; Carolus-Gabriel Proust, Diaconus Carnotensis; Ludovicus-Renatus Presleur, Diaconus Carnotensis; Antonius-Augustinus-Lambertus Gayet, acolythus Lugdunæus; Petrus Le Noir, Diaconus Bellovacensis; Claudius-Amatus de la Cuisine, Presbyter Bisuntinensis, Ord. Clun. Strictæ observantiæ expressè Professus; Martinus Guillelmus Laborie, Subdiaconus Parisinus; Placidus Naylor, Presbyter Cestrensis, Anglo-Benedictinus; Martinus Juteau, Carnutæus, Ord. Clun. antiquæ observantiæ expressè Professus; Guillelmus Guerin, acolythus Lemovix; Dionysius Le Moine, Subdiaconus Parisinus; Joannes-Franciscus Gareau, Diaconus Bellovacus; Joannes Remigius Mariette, Subdiaconus Carnotensis; Josephus Guillemot, Diaconus Claromontensis; Michael-Jacobus-Carolus Dugast, Presbyter Cenomanus; Carolus-Hubertus Chevretel, acolythus Maclovæus; Carolus-Thomas Marie, Clericus Parisinus; Ord. Clun. antiquæ observantiæ expressè Professus; Jacobus Laimeray, Subd. Constantiensis; Carolus-Nicolaus Bosquillon, Presbyter Ambianensis[#]; Ægidius-Franciscus De Launa, Subdiaconus Parisinus, Beneficiatus; Nicolaus Hubert, Acol. Noviomensis; Dionysius-Henricus-Carolus Baron, Clericus Carnotensis; Henricus-Ausbertus Prier, Diaconus Ebroicensis; Nicolaus Dupressoir, Subd. Bellovacensis; Alexander-Franciscus Genet, Diaconus Carnotensis; Joannes-Baptista Prignet, Clericus Parisinus; Claudius Vouty, acolythus Lugdunæus; Adrianus Capronnier, Diaconus Bellovacensis; Jacobus-Julianus Foulard, Clericus Cenomanus; Michael-Jacobus Douvau, Clericus Carnutæus; Nicolaus Bouvet acolythus Carnutæus. de his retulit M. Le Neveu, Syndicus, ac dixit se vidisse tum litteras eorum Mgrii, tum Professorum, quos audierunt, testimonia, quibus constat quinquennium academicum fuisse ab iis rite confectum, cæteraque instrumenta ad hanc Supplicaõem requisita, in quibus omnibus nihil desiderari, nisi quod Michael-Jacobus Douvau, Clericus Carnutæus scribatur Douveaux; et Nicolaus Bouvet, acolythus Carnutæus, non attulerit litteras testimoniales unius Professoris Theologiæ a Lucalibus anni-

[#] Beneficiatus 2

1750 ad Ferias Academicas anni 1751, propter intempestivam hujus Professoris absentiam. Audito Meritiss. Syndico, Placuit Sua præfatis Supplicibus postulata concedi, etiam Nicolao Bouvet, eâ tamen lege, ut quæ desunt, litteras afferat.

Insuper Rogatus est Sapientissimus Sacræ Facultatis Decanus, ut Theologiæ Professores moneat, ne ante primum mensis Augusti diem, subsignandis Professorum testimoniis legitimum, urbem relinquant.

2°. Lecta et recognita sunt quæ fuerant Superioribus comitiis acta et Statuta.

3°. Amplissimus Rector dixit, Dnum Doucin a se litteris accersitum, illo, de quo in Superiori conclusione, errore cognito, dixisse atque scribendo notum fecisse, novæ domûs Academicæ ædificationem formæ a Dno de Blinieres delineatæ esse hac in parte accommodandam.

4°. Placuit libellum Supplicem Illustrissimo Procuratori Catholico offerri, quo postuletur, argumentum orationis Latinæ ante Ferias Academicas proponi.

5°. Secundum vota viri Clarissimi Dni Coignard, Placuit duo Eloquentiæ præmia anno proximo distribui, alterum ex argumento jam proposito, alterum ex proponendo.

6°. Auditâ relatione Ornatissimorum Galliæ et Picardiæ Procuratorum de Antonio Damiens Artium Mgro, qui die quintâ Junii proximè elapsi licentiam aperiendi hac in urbe Pædagogii sub clientelâ Universitatis postularat, Audito M. Lucas, Pædagogorum Academicorum Procuratore, sive Agente, Audito pro re Academicâ M. Le Neveu, Syndico, Placuit admitti præfatum Antonium Damiens.

7°. Postulavit Joannes-Nicolaus Grumeau, Clericus Parisinus, in Artibus Magister, dari sibi licentiam aperiendi Pædagogii in vico de Maison prope Carantonum (Charenton) sub Clientelâ Universitatis. Nominati sunt qui de eo inquirant, Ornatissimus Germaniæ Procurator et Meritissimus Syndicus.

8°. Meritissimus Syndicus Legit libellum Supplicem, quo vir Clarissimus Andreas Doumere, Nuncius Universitatis Juratus a Tribunali Academico petit, ut eadem Universitas in causam ipsius descendat, adversus Burdigalensis Senatûs decretum, quo ipse, contra privilegia, quibus Nuncii Jurati Universitatis gaudent, jubetur ante Prætorem Burdigalensem se sistere, litem cum fratre suo susceptam dirempturus. Audito præfato Doumere, audito Meritissimo Syndico, dictum est è re et dignitate Universitatis esse, Privilegia suis officiariis concessa tueri ac defendere, adeoque Placuit causæ præfati Doumere ita accedere, ut ille, quod moris est, sumptus omnes in litem suppeditaret.

9°. Placuit indici diem hujus mensis vigesimam tertiam ad rationes Mgri Hamelin Quæstoris Fidelissimi excipiendas.

10°. Quòd Fidelissimus Quæstor dixit, postulari 1° ut pavimentum in Areâ domûs San-Barbaranæ deterius reficiatur, 2° ut quibusdam ejusdem domûs caminis laminæ focariæ, quæ desunt, apponantur; (" Probatur Litura ") Querrelle Vice Scriba. ~~[illegible]~~ ") Placuit 1° pavimentum refici, 2° laminas focarias, ubicunque necesse erit, apponi.

11°. Cum Meritissimus Syndicus dixisset, proximæ Collegii Hubantini ruinæ esse occurrendum, ac nominandos Deputatos, qui unâ cum Dno Renard dicti Collegii Procuratore sequestro certam pecuniæ summam mutuo sumant, ad

ÉCOLE DE PARIS P.P. EXTR. DSOL 4. D. LAF.

labentes dicti Collegii ædes reparandas, quique ideo cum operariis singulorum operum pretium æstiment, Placuit eâ de re nominari Meritissimum Syndicum et fidelissimum Quæstorem.

Eâ autem occasione, Placuit rogari præfatum Renard, ut si propter sua negotia dicti Collegii procurationi vacare non possit, illam quàm primùm deponat, viro cuidam minùs impedito, ac forsam vigilantiori mandandam.

12°. Meritissimus Syndicus legit descriptionem operum in novâ domo academicâ faciendorum et pretiorum æstimationem, ex descriptione Dñi Doucin excerptam. Placuit eam descriptionem et æstimationem approbari.

Atque ita super his duodecim capitibus, audito priùs super singulis M. Le Neveu, Syndico, conclusit Amplissimus Rector. / Guerin Rector

12 Aug. Anno Dñi 1751 die duodecimâ mensis Augusti, Deputati Universitatis congregati sunt apud M. Destoureau, Doctorem Sorbonicum, ibique, auditâ relatione Ornatiss. Germaniæ Procuratoris et Meritissimi Syndici, de Joanne-Nicolao Grumeau, Clerico Parisiensi, in artibus Magistro, qui die septimâ hujus mensis postulaverat, dari sibi licentiam aperiendi Pædagogii in vico de Maison prope Carantonum (Charenton) sub clientelâ Universitatis, audito M. Lucas, Pædagogorum Academicorum Procuratore, sive agente, audito iterum pro re Academicâ M. Le Neveu, Syndico, Placuit admitti præfatum Joannem-Nicolaum Grumeau.

Deinde itum est in majores Sorbonæ Scholas, ubi post habitam a V. C. M. Christiano Le Roi, Eloquentiæ Professore in Collegio Cardinalitio, orationem, præmia academica, præsente supremo Senatu, distributa sunt hoc ordine;

In Rhetoricâ

Primum orationis Latinè Scriptæ præmium inter veteranos meritus et consecutus est Joannes-Baptista-Victor Le Bon, Parisiensis e Collegio Grassinæo.

Primum ejusdem orationis Latinè Scriptæ præmium inter Recentiores meritus et consecutus est, Michael Cahill, Hibernus, e Collegio Sorbonæ Plessæo.

Secundum ejusdem orationis Latinè Scriptæ præmium inter Veteranos meritus et consecutus est Petrus Michel, Constantiensis, e Collegio Harcuriano.

Proximè accesserunt inter Veteranos

Andreas-Antonius-Josephus Canclaux de la Bastide, Perpinianensis, e Collegio Grassinæo.

Petrus-Antonius La Roche, Parisinus, e Collegio Lexovæo.

Secundum ejusdem orationis Latinè Scriptæ præmium inter Recentiores meritus et consecutus est Claudius De Lastic de Saint-Jal, Lemovicensis e Collegio Lexovæo.

Proximè accesserunt

Thomas-Ludovicus-Alexander Mac-mahon, Hibernus, e Coll. Sorbonæ Plessæo.

Renatus Binet, Bellovacensis, e Collegio Sorbonæ Plessæo.

Petrus Jacquin, Tullensis, e Collegio Marchiano.

Ludovicus-Aug. Alex. Achenei, Carnutensis, e Collegio Mazarinæo.

Matthias-Bernardus Goudin, Parisinus, e Collegio Mazarinæo.

Joannes-Nicolaus de St Denis, Parisinus, e Collegio Grassinæo.

Primum orationis Gallicè Scriptæ præmium inter Veteranos meritus et consecutus est Lud. Alex. Aug. Achenei, Carnutensis, e Collegio Mazarinæo.

Primum ejusdem orationis Gallicè Scriptæ præmium inter Recentiores meritus et consecutus est Maria-Ludovicus-Leonorius de Cussi, Constantinus, e Regiâ Navarrâ.

Secundum ejusdem orationis Gallicè Scriptæ præmium inter Recentiores meritus et consecutus est Ludovicus Fran. Dubois, Sagiensis, e Collegio Lexoræo.

Proximè accesserunt

Matthias Bernardus Goudin, Parisinus, e Collegio Mazarinæo.

Michael Le Chevalier, Constantiensis, e Regiâ Navarrâ.

Joa. Fran. Hervæus Monlieu de l'Armenerie, Bajocensis, e Col. Harcuriano.

Marcus Antonius Mievre, Lugdunæus, e Col. Sorbonæ Plessæo.

Petrus Franciscus Patoux, Bellovacensis, e Col. Sorbonæ Plessæo.

And. Ant. Jos. Canclaux de la Bastide, Perpinianensis, e Col. Grassinæo.

Primum Carminis Latinè Scripti præmium inter Veteranos meritus et consecutus est Renatus Binet, Bellovacensis, e Collegio Sorbonæ Plessæo.

Primum inter Recentiores præmium meritus et consecutus est Michael Cahill, Hibernus, e Collegio Sorbonæ Plessæo.

Secundum inter Veteranos præmium meritus et consecutus est Petrus Matthias Charbonnet, Tricassinus, e Collegio Mazarinæo.

Proximè inter Veteranos accesserunt

Thomas Lud. Alex. Macmahon, Hibernus, e Collegio Sorbonæ Plessæo.

Petrus Antonius La Roche, Parisinus, e Collegio Lexoræo.

Secundum inter Recentiores præmium meritus et consecutus est Petrus Franciscus Patoux, Bellovacensis, e Collegio Sorbonæ Plessæo.

Proximè accesserunt

Joannes Bapt. Gabriel Thieriat, Parisinus, e Collegio Grassinæo.

Joannes Bapt. Victor Le Bon, Parisinus, e Collegio Grassinæo.

Petrus Jacquin, Tullensis, e Collegio Marchiano.

Jacobus Guill. de Chateauneuf, Burdigalensis, e Collegio Mazarinæo.

Joannes Dupuis, Bellovacensis, e Collegio Sorbonæ Plessæo.

Fran. Maria Fauvel de Larquerie, Constantinus, e Coll. Grassinæo.

Primum orationis Græcæ in Gallicam conversæ præmium inter Veteranos meritus et consecutus est Matthias Bern. Goudin, Parisinus, e Col. Mazarinæo.

Primum inter Recentiores præmium meritus et consecutus est Joannes Nicolaus de St. Denis, Parisinus, e Collegio Grassinæo.

Secundum inter Recentiores præmium meritus et consecutus est Petrus Jacquin, Tullensis, e Collegio Marchiano.

Proximè accesserunt

Thomas Lud. Alex. Mac-mahon, Hibernus, e Collegio Sorbonæ Plessæo.

Renatus Binet, Bellovacensis, e Collegio Sorbonæ Plessæo.

Petrus Michel, Constantiensis, e Collegio Harcuriano.

Josephus Le Roux, Laudunensis, e Collegio Marchiano.

Joannes Bapt. Victor Le Bon, Parisinus, e Collegio Grassinæo.

Ant. Pet. Dupré de St. Maur, Parisinus, e Col. Dormano-Bellovaco.

In Secundo Ordine

Primum orationis Gallicæ in Latinam conversæ præmium meritus et consecutus est Simon Nic. Henricus Linguet, Remus, e Col. Dormano-Bellovaco.

Secundum meritus et consecutus est Henricus Ludovicus de Maubreul de Barbeze, San-Quintinæus, e Col. Mazarinæo.

DE PARIS
P.P. EXTR. I. SOL. 4. D. LAF.

Proximè accesserunt

Nicolaus-Franciscus Venard, Stampæus, e Col. Sorbonæ Plessæo.
Joannes-Franciscus Maigret, Tullensis, e Collegio Marchiano.
Guillelmus Oursel, Lexoviensis, e Col. Dormano-Bellovaco.
Nicolaus Bailly, Tullensis, e Collegio Marchiano.
Joa. Pet. de Guilhermier de la Jartette, Tricassinus, e Col. Lexovæo.
Joa. Jac. Nic. Mouchard, Ebroicensis, e Col. Dormano-Bellovaco.

Primum Carminis Latinè Scripti præmium meritus et consecutus est Claudius Josephus Dorat, Parisinus, e Collegio Cardinalitio.

Secundum meritus et consecutus est Thomas Conwai, Hibernus, e Collegio Lexovæo.

Proximè accesserunt

Claudius-Maria Du Tour, Lugdunensis, e Collegio Mazarinæo.
Jac. Aug. de Chemaul de Varanne, Blesensis, e Col. Lexovæo.
Ludovicus Collignon, Virdunensis, e Col. Sorbonæ-Plessæo.
Simon-Nic. Hen. Linguet, Remus, e Col. Dormano-Bellovaco.
Bernardus Navarre, Trecensis, e Col. Sorbonæ-Plessæo.
Phil. Pau. Des Ours de Mandajors, Tullensis, e Col. Sorbonæ-Plessæo

Primum orationis Græcæ in Gallicam conversæ præmium meritus et consecutus est Simon-Nic. Hen. Linguet, Remus, e Col. Dormano-Bellovaco

Secundum meritus et consecutus est Claudius-Maria Du Tour, Lugdunensis, e Collegio Mazarinæo.

Proximè accesserunt

Cl. Alex. Carolus Martin, Parisinus, e Col. Dormano-Bellovaco.
Joa. Franciscus Bougaut, Altissiodorensis, e Col. Lexovæo.
Lud. Armandus Joa. Bapt. De Lisle, Versaliensis, e Col. Grassinæo.
Marcus-Floren. Prevot de Leury, Roianus, e Col. Lexovæo.
Hen. Lud. de Maubreul de Barbeze, San-Quintinianus, e Col. Mazarinæo.
Ludovicus Collignon, Virdunensis, e Col. Sorbonæ-Plessæo.

(Duo præmia, quæ sequuntur, adjecit et instituit vir de Academiâ Parisiensi, et de re Litterariâ præclarè meritus M. Carolus Coffin, Antiquus Rector, et Collegii Dormano-Bellovaci, dum viveret, Primarius)

Primum orationis Latinæ in Gallicam conversæ præmium meritus et consecutus est Simon-Nic. Hen. Linguet, Remus, e Col. Dormano-Bellovaco.

Secundum meritus et consecutus est Claudius-Alexander-Carolus Martin, Parisinus, e Collegio Dormano-Bellovaco.

Proximè accesserunt

Renatus-Aug. Deslandes, Versaliæus, e Collegio Grassinæo.
Joannes-Franciscus Maigret, Tullensis, e Collegio Marchiano.
Joa. Pet. de Guilhermier de la Jartette, Tricassinus, e Col. Lexovæo.
Joannes-Bapt. Oudet, Parisinus, e Col. Dormano Bellovaco.
Claudius-Josephus Dorat, Parisinus, e Collegio Cardinalitio.
Nicolaus-Franciscus Venard, Stampæus, e Col. Sorbonæ Plessæo.

In Tertio Ordine

Primum orationis Gallicæ in Latinam conversæ præmium meritus et consecutus est Benedictus Marechal, Parisiensis, e Collegio Lexovæo.

Secundum meritus et consecutus est Ludovicus-Gabriel Le Veneur de Tilliers, Parisinus, e Collegio Harcuriano.

Proximè accesserunt

Franciscus-Adamus Le Roy, Parisinus, e Col. Dormano-Bellovaco.
Lud. Gen. Phil. Ribert, Parisinus, e Collegio Mazarinæo.
Arsenius-Donni Fr. de Nogaret, Carpentoractensis, e Col. Mazarinæo.
Joannes Baptista Gosset, San-Quintinensis, e Col. Mazarinæo.
Cæsar-Alex. Eug. Du Fresne, Suessionensis, e Col. Dormano-Bellovaco.
Simeon Maucherat de Longpré Parisinus, e Col. Harcuriano.

Primum orationis Latinæ in Gallicam conversæ præmium meritus et consecutus est Joa. Ant. Fr. Bigot de Ste Croix, Parisinus, e Col. Dormano-Bellovaco.

Secundum meritus et consecutus est Henricus-Athanasius Cruchi, Parisinus, e Collegio Dormano-Bellovaco.

Proximè accesserunt

Cl. Joa. Bapt. Here. Alex. Mich. Gibert, Mirabelensis, e Col. Sorb. Plessæo.
Joannes Baptista Gosset, San-Quintinensis, e Col. Mazarinæo.
Ant. Joa. Seneleus Colbert, Scotus, e Regiâ Navarrâ.
Stephanus-Petrus Carré, Parisinus, e Col. Dormano-Bellovaco.
Fr. Quintinus Parmentier, Mechlinæus, e Col. Sorbonæ Plessæo.
Ludovicus-Anselmus Galet, Abbavillensis, e Collegio Mazarinæo.

Primum orationis Græcæ in Gallicam conversæ præmium meritus et consecutus est ~~Joachimus-Hyacinthus-Cæsar~~ Ludovicus-Adamus Le Roy, Parisinus, e Col. Dormano-Bellovaco.

Secundum meritus et consecutus est Cæsar-Alexander-Eugenius Du Fresne, Suessionensis, e Collegio Dormano-Bellovaco.

Proximè accesserunt

Stephanus-Petrus Carré, e Collegio Dormano-Bellovaco.
Joa. Bapt. Corsart, San-Quintinensis, e Collegio Mazarinæo.
Ant. Joa. Seneleus Colbert, Scotus, e Regiâ Navarrâ.
Joa. Alex. Proteau, Rothomagæus, e Col. Dormano-Bellovaco.
Hen. Athanasius Cruchi, Parisinus, e Col. Dormano-Bellovaco.
Lud. Romanus Dieupart, Andeliacensis, e Col. Sorbonæ Plessæo.

Placuit hoc anno reservari præmium in artibus Magistris propositum ex Liberalitate honestissimi Viri Joannis Baptistæ Coignard, Regis Typographi, hujus Universitatis alumni quondam charissimi.

Itaque anno proximo duo distribuentur Eloquentiæ Latinæ præmia, quorum argumenta ut ea maturius, adeoque in ipso Feriarum academicarum otio possint elaborari, mandato Rectorio quàm primùm declarabuntur./.

---

14 Aug. Anno Dñi 1751 Die Decimâ quartâ Augusti, habita sunt comitia generalia Præclaræ Artium Facultatis in Maturinensi.

¶ Probatur Litura Querrelle Vice Scriba./.

DE PARIS P.P. EXTR. I. SOL. 4. D. LAF.

Post habitam ab Amplissimo Rectore Orationem, Electi sunt Octoviri ad probandos Licentiandos in Artibus a Meritissimis Cancellariis designati, nimirum in Honorandâ Natione M.M. Le Gros, Celeberrimus in Regiâ Navarrâ Professor, et Franciscus-Josephus Stienne, Baccalaureus Theologus; in Fidelissimâ M.M. Antonius Guy, Magister in Artibus, et Petrus Sellier, in Artibus Magister; in Venerandâ Vir Clarissimus Le Mercier, Procuratorius, et Daniel Gigot, Baccalaureus Theologus; in Constantissimâ Vir Clarissimus Dally, Baccalaureus Theologus, et Edmundus Keli, Licentiatus Theologus.

Dimissæ nationes ab Amplissimo Rectore ad deliberandum retulerunt electos a se et nominatos octo eosdem Magistros, qui a Procancellariis appellati sunt.

Novi examinatores Sacramentum præstitere inter Amplissimi Rectoris manus, præsentibus Procancellariis.

Digressis Procancellariis, Amplissimus Rector fecit supplicandi potestatem. Supplicarunt, Jacobus-Martinus Juteau, Presbyter Carnutæus, Ordinis Cluniacensis Antiquioris Observantiæ, Magister in Artibus, ne sibi noceat quòd in quibusdam Catalogis prænomen Jacobus omiserit; Stephanus-Joannes Le Gris, Clericus Parisiensis, ne sibi noceat quòd prænomen Joannes omiserit, et scripserit Parisinus; Anna-Claudius Fortin, Clericus Rupellensis, ne sibi noceat 1° quòd omiserit prænomen Anna, 2° quòd scripserit Clericus Rupifortensis, cum sit Rupellensis; Jacobus Le Marechal, Presbyter Abrincensis, ne sibi noceat quòd scriperit Abrincinus; Jacobus Merillon, Presbyter Cenomanensis, Magister in Artibus, ut prænomen Maria in duobus Catalogis deleatur; Carolus-Joannes-Baptista Des Essartz, Lingonensis, ut nomen Blondet nomini Gentilitio adjectum in Catalogis deleatur; Franciscus-Florentius Genays du Chail, Clericus Rupellensis, ut varii errores, inter quos ipse vix dignosci potest, emendentur, quòd scilicet scripserit in priore Logicorum Catalogo, Franciscus Dubreuil Lucionensis, in posteriore Logicorum, Franciscus-Ludovicus Dubreuil Lucionensis, in priore Physicorum Franciscus-Florentius Dubreuil du Chail, Clericus Rupellensis, in posteriore Physicorum Franciscus-Laurentius Dubreuil du Chail, Clericus Rupellensis; Franciscus Fargés, Clericus Parisinus, 1° ut scribatur Fargés, non verò de Fargés, 2° ut non sibi noceat quòd nomen suum in posteriore Logicorum et priore Physicorum Catalogo desideretur, ipsius diligentiam testante Amplissimo Rectore; Michael-Jacobus Douvau, Clericus Carnutæus, Magister in Artibus, ut littera x in fine nominis gentilitii deleatur; Stephanus Matthæus Camyer, Clericus Lugdunæus, ne sibi noceat quòd in priore Logicorum prænomen Matthæus prænomini Stephano præposuerit; Simon-Petrus Chauchot, Parisinus, ut nomen in priore Physicorum negligentiâ, quam testatur M. Chevreuil Philosophiæ Professor in Mazarinæo, omissum restituatur. Nicolaus Guersent, Ebroicensis, ut non sibi noceat quod mense Octobri et initio Novembris anni 1750 Scholis Philosophicis non interfuerit, propter morbum quem testatur Dnus Franciscus Collette de Champcenu, Chirurgus Peritissimus apud Drocenses.

Juteau
Le Gris
Fortin
Le Marechal
Merillon
Des Essartz
Genays du Chail
Fargés
Douvau
Camyer
Chauchot
Guersent

Audito de his supplicibus M. Le Neveu, Syndico, qui cum censuisset posse indulgeri omnibus supplicibus, etiam ultimo, Nicolao Guersent, eâ conditione ut litteras Nominationis nunquam obtineret, nisi confecto, quod deerat, studii tempore, dixit se non probare quòd ornatissimi Procuratores modo nominatim appellassent et salutassent dignissimos Procancellarios, et huic appellationi ac salutationi pro re Academicâ intercedere, imo postulare ut singulæ Nationes eâ de referrent conclusionem. Nationes digressæ ac deinde regressæ per Procuratores retulerunt,

Se 1° Supplicibus omnibus indulgere, appositâ conditione a Meritissimo Syndico; 2° Meritissimi Syndici intercessionem et postulationem laudare, ac sibi placere his in comitiis Meritissimos Cancellarios et Dignissimos Procancellarios nunquam nominatim appellari ac salutari.

Et ita concluxit amplissimus Rector. J. Gillerin Rector

23 Aug. Anno Dñi 1751 die vigesimâ tertiâ mensis Augusti, habita sunt comitia Deputatorum et adjunctorum Universitatis apud amplissimum Rectorem in Sorbonæ Plesæo, ad excipiendas ab Universitatis Quæstore rationes accepti et expensi, a die septimâ Februarii anni 1750 ad diem ultimum Junii anni 1751.

1° Auditis, probatisque rationibus, compertum est, ex acceptis reviduam esse summam sexdecies mille et septingentarum quadraginta librarum cum quatuor assibus et undecim denariis; quam summam in manibus Quæstoris relinqui placuit, propter ingentes, quas Universitas nunc facit, impensas, ad novam domum academicam in viâ Sanjacobeanâ construendam.

2° Quod dictum est, Universitatis Bursarum postulare, ut in comitiis et baccalaureis, tum quibus interunt omnes Universitatis Apparitores, tum quæ ad omnes Universitatis ordines pertinent, sibi eadem quæ apparitoribus, sportula erogetur, placuit haberi rationem hujus postulationis.

Et ita cessere his duobus capitibus, audito prius cujus singulis M. Le Neveu, Syndico, concluxit amplissimus Rector. J. Gillerin Rector

28. Aug. Anno Dñi 1751 die vigesimâ octavâ mensis Augusti, habita sunt intercessum comitia ordinaria Deputatorum Universitatis apud amplissimum Rectorem in Sorbonæ Plesæo.

1° Supplicarunt pro litteris nominationis jure Magisterii artium et quinquennii Joannes-Michael Delbaije, Subdiaconus Bolonensis; Petrus-Jacobus Dauxeley de Bonval, Presbyter Carnotensis, Beneficiatus. De his retulit M. Le Neveu, Syndicus, ac dixit se vidisse tum litteras eorum Magisterii, tum Professorum, quos audierunt, testimonia, quibus constat quinquennium academicum fuisse ab iis vite confectum, cæteraque instrumenta ad hanc Supplicationem requisita, in quibus omnibus nihil desiderari, nisi quod prior loco Delbaije Scribatur De le hay in litteris tonsura; et posterior litteras tonsuræ non exhibuerit. Audito Merit. Syndico, placuit sua præfatis Supplicibus postulata concedi, eâ lege ut litteræ quæ peccant, reformentur, et quæ desunt, afferantur.

2°. Lecta et recognita sunt quæ fuerant superioribus comitiis acta et statuta.

3°. Quod dictum est, postulari, ut detur Scamna quædam, juvenibus in domûs Sorbonæ aream deambulando ac ludendo laborantibus sedilia, omnes ad unum censuerunt Scamna hæc semel tantùm esse danda, nullo inde jure facto idem in posterum postulandi.

4° Jacobus Merillon, Presbyter Benonanensis, in artibus Magister postulavit ut sibi liceret aperire hac in urbe Pædagogium sub clientelâ Universitatis. nominati sunt, qui de eo inquirant, Ornatissimi Galliæ et Picardiæ Procuratores.

5° Lectum est Senatûsconsultum die vigesimâ primâ Augusti anni 1751

DE PARIS P.P. EXTRA SOL. & D. LAF.

latum, quo datur facultas argumentum Orationis Latinæ mandato Rectorio declarandi mense augusto, post solemnem præmiorum academicorum distributionem. hujus autem hæc verba sunt,

Extrait des Registres du Parlement

Veu par la Cour la requeste presentée par les Recteur, Doyens, Procureurs et Supots de l'Université de Paris, a ceque pour les causes y contenües, il plaise a la Cour ordonner qu'a l'avenir le Sujet du discours Latin proposé aux Mes ès Arts et autres de quelqu'une des qualités marquées dans la deliberation du Tribunal homologuée par arrest de la Cour du vingt Decembre dernier, sera annoncé chaque année par affiches publiques dans le courant du mois d'aoust, après neantmoins le jour de la distribution des prix, aulieu du mois de Novembre, auquel la dite annonce etoit fixée, par la deliberation, veu les pieces attachées a la dite requeste signée Basly, procureur, Conclusions du Procureur General du Roi, oüi le rapport de Maitre Bochart, Conseiller, tout ce consideré la Cour ordonne, qu'a l'avenir le Sujet du discours Latin proposé aux Mes ès Arts de quelqu'une des qualités marquées dans la deliberation du Tribunal, homologuée par arrest du vingt Decembre dernier, sera annoncé chaque année par affiches publiques dans le courant du mois d'aoust, après neantmoins le jour de la distribution des Prix, aulieu du mois de Novembre, auquel la dite annonce etoit fixée par la dite deliberation. Fait en Parlement le vingt un aoust mil sept cens cinquante un./.

Signatum Dufranc.

Placuit hoc Senatûs consultum in Commentariis academicis describi, ipsum verò autographum in Chartophylacio Universitatis deponi et asservari.

6º. Amplissimus Rector cum Tribunali academico communicavit argumentum orationis Latinæ Magistris in artibus proponendum. quod Universitatis Parisiensis ingenio consentaneum, adeoque probandum esse visum est.

7º. Placuit indici sacras ac solemnes Universitatis supplicationes ad diem mensis Octobris septimum.

Et ita super his septem capitibus, audito priùs super singulis Magistro Le Neveu, Syndico, conclusit Amplissimus Rector./. Guerin Rector

24. Sept 1751 Anno Dñi 1751 die vigesimâ quartâ Septembris, habita sunt extra ordinem Comitia Deputatorum Universitatis apud Amplissimum Rectorem in Sorbonæ-Plessæo. Abfuit M. De la Roche, Juridicæ Facultatis Decanus; interfuit M. Pluquet, Antiquus Normanæ Nationis Procurator, loco Mgri Rose absentis; ægrotante Scribâ, absente Vice Scribâ, Scribæ partes egit Mgr Tingry, Philosophiæ Professor in Sorbonæ-Plessæo.

1º. Propter ortum Recentem Serenissimi Burgundiæ Ducis, Placuit primùm Ferias academicas ad diem Octobris undecimum prorogari; deinde solemnes Universitatis supplicationes, quæ ad diem mensis Octobris septimum indictæ fuerant, ad diem ejusdem mensis duodecimum differri, singulisque Magistris, qui his supplicationibus interfuerint, quatuor et viginti asses erogari; denique generalia Præclaræ Artium facultatis Comitia die Octobris decimo quarto haberi.

2º. Quod dictum est, vadimonium Amplissimo Rectori fuisse denuntiatum a Sti Ivonis Administratore, causante negligentiam operariorum Universitatis in conficiendo pariete, qui domui academicæ et domui Sti

Juvenis communis est, Placuit huic vadimonio, cum propter causam, tum propter formam minime decentem, intercedi, et dicto Administratori per aliud vadimonium denuntiari, ut aliquam constituat qui tantis sit, nullam esse cessationem ab opere, ac per operarios Universitatis non stare quominus pariter utrique domui communis brevi conficiatur.

3° Meritissimus Syndicus et Fidelissimus Quæstor nominati sunt, qui Collegii Jubantini rationes expendant.

4° Cum Dnus de Bliniera, Universitatis Architectus accessisset, ac dixisset res in eo esse, ut primus lapis in domo academicâ esset collocandus, Placuit illum lapidem, honoris causâ, ab Amplissimo Rectore collocari: quod quidem hoc ipso die, dimissis comitiis, factum est.

Et ita super his quatuor capitibus, audito prius super singulis M. Le Neveu, Syndico, conclusit Amplissimus Rector.

Mandatum Rectoris, ob recèns natum Serenissimum Burgundiæ Ducem.

Nos Franciscus-Nicolaus Gueriu, Rector Universi Studii Parisiensis, omnibus et singulis ejusdem Universitatis Doctoribus, Magistris, Clientibus et Administris, Salutem.

Quod unum post tot Victorias et Triumphos, post Pacem terrâ marique constitutam, Regni fortunæ ac Securitati defuit, id tandem nobis indulsit ex alto, qui format hominis Nativitatem Deus omnipotens. Natus est Serenissimo Delphino filius, neque minoribus, quam ipse olim Pater, votis expetitus, neque post breviores temporis moras impetratus. In illius ortum arrecta trepidabant Aula, Civitas, Provincia; exoritur Augustus infans, et omnium spes et gaudia nascendo cumulat, quitotius imperii desideria tam acri expectatione suspenderat. nam quod pectus verè Gallicum non exultet faustissimo eventu, qui Regiam familiam lætitiâ perfundit, cum is sit nostræ gentis, præter cæteras, amicus, ut Suorum prosperitate Principum magis, quàm Suâ, moveatur? licebat quidem antea felicem dicere Ludovicum, cui, ex quo regnare cœpit, nullus effluxit annus, nullus dies, non aliquo singulari Divinæ Benignitatis pignore consignatus. huic Præstantissimæ Bello et Pace nomina communis populorum admiratio detulerat. restabat tamen, ut gloriosissimus Regum esset idem et Beatissimus Parentum. fruitur ille nunc suis votis nostrisque; fruitur eâ voluptate, quâ nulla humanissima ejus indoli accommodatior. in multiplicatâ sobole multiplicatas sui imagines circa solium Pater et Avus intuetur. Dulce nobis quoque, charumque spectaculum! quippe eâ fiduciâ, quotquot nascentur, e tali sanguinis auctore Principes, totidem gigni præsidia publicæ salutis.

Sic profectò sentit de suo Delphino universa Gallia, qua crescentem per primos ætatis gradus animo secuta, sua nunc sibi augurla, suas spes confirmatas videt. itaque effusis omnis Patriæ sensibus gratulatur juveni Principi, cui eum abundè suppeteret, unde amaretur, et quòd Ludovici filius, et quòd unicus, his Natalium titulis titulos etiam adjunxit virtutum maximarum, quos idoneis suo culmini artibus constanter excoluit. hinc illæ acclamationes, fertique plausus, quos ille exceptos eodem, per quem meruit, affectu, lætus gestiensque refert Augustæ Conjugi, suis deliciis; unde agnoscat tenera felixque mater, quibus possit pretiosum Puellulum

ediderit, quantoque suo illo tam amabili nomine facta sit nobis ipsa pretiosior.

In hac porro tam justâ communique lætandi causâ, nefas sit illum oblivisci, prev quem nobis datum est, ut lætemur. quam obrem jubemus in singulis Collegiis intra primam ab hujus mandati promulgatione hebdomadam, cantetur Hymnus Eucharisticus Te Deum; Simul Magistros discipulosque nostros hortamur, ut piam Regis in Christi membra liberalitatem, quantum fas est, imitati, e suis quisque opibus aliquid effundant in sinum pauperum: pauperum preces, quæ apud Deum potentissimæ sunt, Regio infanti conciliant, ut olim, cum adoleverit, sciat pauperum maximâ gratiam conservatum meminerit.

Præterea, quoniam æquum est nostræ juventati suæ lætitiæ, qua bonos cives præmuntiat, aliquod quasi præmium rependi, quo hæc ætas afficitur, volumus, dilatis ad diem a nobis indicendum ordinariis Supplicationibus Universitatis, et Præclaræ Facultatis Artium Comitiis, Feriæ academicæ ad diem Lunæ Octobris undecimum prorogari; quo die, pro more, Sacrum Spiritui Sancto celebrabitur, et solitæ instaurandis Scholis concionem habebuntur.

Datum in ædibus nostris Sorbonæ-Plessæis, die Veneris vigesimâ quartâ mensis Septembris, anno Dñi millesimo septingentesimo quinquagesimo primo. /.

Quervelle Vice Scribâ. /.

2. Oct. Anno Dñi 1751 die Secundâ Octobris, habita sunt ordinaria Comitia Deputatorum Universitatis apud Amplissimum Rectorem in Sorbonæ-Plessæo. quibus in Comitiis Mgr Milet, loco Mgri Dugard, novi Theologiæ Decani; et Mgr Cugnat, loco Magistri De la Rocha, Jurium Decani.

1° Supplicarunt pro litterris Nominationis jure Magisterii Artium et quinquennii, Alexius Latapie de la Valette, Diaconus Cadurcensis; Carolus-Franciscus Thomond, Subdiaconus Nivernensis; Germanus Alais, Presbyter Fontarabiensis; Franciscus Guimard, Acolythus Aquensis; Stephanus Boirse du Boujol, acolythus Ruthenensis; Petrus-Claudius Germain, Presbyter Æduus. de his retulit M. Le Neveu, Syndicus, ac dixit se vidisse eorum litteras Magisterii, tum Professorum, quos audierunt, testimonia, quibus constat quinquennium academicum fuisse ab iis rite confectum, cætera quæ instrumenta ad hanc Supplicationem requisita, in quibus omnibus nihil desiderari. Audito Meritiss. Syndico, Placuit Sua præfatis Supplicibus postulata concedi.

2° Lecta et recognita sunt quæ fuerant superioribus Comitiis acta et statuta.

3° Quod dictum est, Magistrum de Vignolles, Doctorem Theologum, qui supplicavit ad præsentationem R.R.D. Archiepiscopi Ecclesiæ Metropolitanæ Tolosanensis, postulare ut Universitas ad ipsius causam accedat adversus dictum Archiepiscopum, qui vacantem ejusdem Ecclesiæ Theologatum Supplici non vult conferre, nisi prius hujus

eruditionem et doctrinam assueto examine tentaverit; Responsum est præfatus de Vignolles id, quod moris et juris est, primùm faceret, postea verò Tribunal Academicum causam illius cum officiis, tum accessione, si necesse fuerit, adjuturum.

4°. Nomine Fidelissimi Scribæ Magistri Piat, ipse postulavi, ut Chartæ omnes, quæ Collegii Trecorensis propriæ apud dictum Scribam fuerunt depositæ, inde exportentur. Placuit haberi rationem meæ postulationis, ac circumspici quo potissimùm in loco Chartæ illæ possint tutò deponi.

5°. Fidelissimo Quæstore postulante, Placuit Domum Academicam, vulgo l'hotel de l'Université, tabellâ publicâ locandam proponi.

6°. Accessit Dnus de Blinieres Universitatis Architectus et postulavit, utrùm fornix Majoris portæ in novâ Domo Academicâ construendæ ad secundum tabulatum educendus esset, an primo tabulato terminandus. Placuit eâ de re nonnullos numero impari Architectos ab Amplissimo Rectore vocari, et quod illis optimum videretur, fieri.

Et ita super his sex capitibus, audito priùs super singulis M. Le Neveu, Syndico, conclusit Amplissimus Rector. / Guerin Rector

12. Oct. Anno Dni 1751 die duodecimâ mensis Octobris, ad Sacras Supplicationes habita sunt in Maturinensi centuriata Universitatis Comitia, quæ propter recentem Serenissimi Burgundiæ Ducis ortum fuerunt dilata.

Primùm horâ ipsâ septimâ matutinâ in angulo consessum est, ubi supplicarunt pro litteris nominationis jure Magisterii Artium et quinquennii M.M. Augustinus-Joannes-Baptista Brisollier, Subdiaconus Parisinus; Jacobus le Marechal, Presbyter Abrincensis; Joannes-Maria-Josephus Meric de Montgazin acolythus Tolosanus. de his retulit M. Le Neveu, Syndicus, ac dixit se vidisse tum litteras eorum Magisterii, tum Professorum, quos audierunt, testimonia, quibus constat quinquennium Academicum fuisse ab iis rite confectum, cæteraque instrumenta ad hanc supplicationem requisita; in quibus omnibus nihil desiderari. Audito Meritissimo Syndico, Placuit sua præfatis supplicibus postulata concedi. Et ita conclusit Amplissimus Rector.

In Comitio, postquam Amplissimus Rector graviter et ornatè dixit de Civium omnium lætitiâ, Regnique securitate, quam Serenissimus Burgundiæ dux nascendo fecit; de gratiarum actione, quas supremo bonorum omnium largitori Deo, propter hoc recens beneficium, publicè ac pio ritu persolvere gestiebat Parisiensis Universitas; de Regiâ Ducum ac Militum Invalidorum domo, cujus ad Ædem Deo Sacram sub invocatione Sancti Ludovici supplicatum convenerat frequentissima Magistrorum et Clientum Universitatis multitudo; de Domûs illius Moderatoris vigilantiâ, pietate Militum, totius Cleri in pauperes Charitate; denique de vitæ

integritate Reverendissimi Archiepiscopi Parisiensis D. De Beaumont, qui pro suo in nos studio rem sacram celebrandam voluerat: omnes academici ordines rata et grata habuerunt, quæ gesserit idem amplissimus Rector in suo trimestri Magistratu, litteræque ipsi commendatitiæ decreverunt, et ritu procedere ad ædem Deo sacram sub invocatione S.ti Ludovici in Regiâ Ducum et Militum Invalidorum Domo comitatum amplissimum solliciti sunt, tam eundo, quàm redeundo.

His ita peractis, horâ octavâ profecti sumus, et per vias, vulgo des Maturins, des Cordeliers, des Boucheries, de Ste Marguerite, de Taranne et de St Dominique, modesto ordine, regentibus incessum censoribus, ad Regiam Ducum et Militum Invalidorum Domum horâ sesquinonâ devenimus.

Nobis adveniantibus, utraque hujusce Domûs area tympanorum pulsu personuit: in aream exteriorem a dextris stabat sub armis ordo militum, qui annis graves, vulnerum cicatricibus et mutilo corpore spectabiles, suorum in Patriam meritorum memoriam renovabant; in interiore vero area a dextris ordo militum, qui habitu cultiore induti et corpore præstantiores, plus vigoris adhuc, vultusque verè Martios gerebant.

In ipsis templi gradibus, ad excipiendam honoris causâ academiam, præsto fuit vir Nobilissimus Dñus De la Bourneuve, totius Moderatoris Domûs illa, comitantibus Majoris Status Præfectis, amplissimum Rectorem, urbanissimè salutatum, inter illius loci clerum, thus et lustralem aquam in ipso templi aditu offerentem, tubis tympanisque æreis modulatè sonantibus, in templi partem, quæ Chorus appellatur, deductus, et in primo a dextris stallo collocavit.

Ibidem suo quisque ordine sedebant, a dextris quidem Doctores in Theologiâ, et Doctores Baccalaureique in Celeberrimâ Facultate; a sinistris autem Consultissimi Jurium Antecessores, Ornatissimi Præclaræ Facultatis Artium Procuratores, Universitatis officiarii, Doctores regentes in Artibus, et nonnulli hinc et inde Magistri, prout locus dabatur: cæteri, nec non Universitatis Alumni, templi longitudinem, quæ Navis dicitur, occupabant.

Non multo post Reverendissimus Archiepiscopus Parisiensis, Pontificalibus indutus ornamentis, sub umbellâ intravit in templum, ac sublatâ manu signum crucis super circumstantes exprimens, usque ad altare incessit, atque in thronum a dextris exstructum ascendit. deinde, postquam, ritus Pontificio, mitrâ et cappâ depositis, ornatum sacro faciendo idoneum induit, sacri initium cantando fecerunt sex Choristæ Martiniani, induti cappis auro textili divitibus, qualia erant reliqua altaris ornamenta.

Inter Missæ solemnia Quæstor Universitatis Dño Moderatori duodecim libellas, singulis autem Majoris Status Præfectis et Paræciæ Pastori tres libellas, sportulam, divisit.

Ad oblationem solus e nostris amplissimus Rector, præeuntibus

quatuordecim apparitoribus, processit. Ille coram Reverendissimo Archiepiscopo genua flexit in pulvino, qui ei tum subjectus fuit, et annulum a Pontifice oblatum deosculatus est.

Interea Musici octoginta numero et amplius, Cantores, Fidicines, Tibicines, a nobis conducti et in Organorum aréâ alios alii quadruplici ordine superpositi gradibus ad id ipsum erectis, psalmum Deus noster, Refugium et virtus, Dño du Bourset Musicæ peritissimo moderante numeros, cecinerunt, et sonorum varietate ac dulcedine aures omnium permulserunt.

Finito sacro, Reverendissimus Archiepiscopus hymnum Eucharisticum Te Deum, canere cæpit, quem iidem Musici, eodem moderante, numeris ita canoris, ita gravibus exceperunt, ut illorum concentus in animos audientium penitus descenderat.

Portæ, ubi primùm Dñus Archiepiscopus, relicto altari, Sacrarium ingressus est, Universitatis Syndicus, Vice-Scriba et Quæstor eum adierunt, gratiasque illi egerunt maximas, quòd Academiæ nomine Sacris operam dare voluerit. Quæstor autem tam Sancto Pontifici duodecim libellas, in sportulæ modum, obtulit.

Qui veterâ Academiæ honores, iidem abeunti fuerunt tributi; quin et Statim Nobilissimus Moderator, unà cum Majoris Status Præfectis, amplissimo Rectori comitem se dedit, eumque ad Dominii sui finem, (ita primam Domûs januam clathris ferreis conjunctam vocabat) non sine magnâ observantiæ significatione prosecutus, amantissimo vale salutavit.

Reditum est ad Maturinenses eodem ordine, alio itinere, nimirum per vias vulgo de Grenel, du Vieux Colombier, des Aveugles, du Petit Bourbon, du Petit Lion, de Foudé, des Cordeliers et des Maturins, èque horâ sesqui primâ pomeridianâ perventum. Ibi singulis Magistris viginti quatuor asses, quod a Tribunali Academico decretum erat, Quæstor Universitatis distribuit. /.

14. Oct. Anno Dñi 1731 die decimâ quartâ Octobris, habita sunt Comitia Generalia Præclara Artium Facultatis in Maturinensi.

Post elegantem Orationem ab Amplissimo Rectore habitam, et factam ab eo supplicandi potestatem, supplicarunt Matthias-Bernardus Gondin, Parisinus, ut immunis fiat a onere scribendi lectiones Philosophicas propter pectoris et manûs infirmitatem, quam testatur M. De Lepine; Gondin

Doctor Medicus Parisiensis; Michael Alexander Fouvret, Aurelianus, ut immunis fiat a describendis codicibus Philosophicis propter pectoris et oculorum infirmitatem, testante M. Pourfe, Doctore Medico Parisiensi; Fouvret

Ludovicus-Joannes Vaultier, Bajocensis, ut non sibi vocat quod in priore Logicorum Catalogo nomen Gentilitium Vaultier scripserit sine littera, l; Vaultier

Fourdinier. Ferdinandus-Emmanuel-Thomas Fourdinier, Clericus Coletanensis, ut non sibi vocat quòd in priore Logicorum catalogo se Coletanum scripserit.

Audito de his supplicibus M. Le Neveu, Syndico, amplissimus Rector dimisit Nationes ad deliberandum de illorum postulationibus, et ad confirmandos quatuorvivos, petiitque ut rata et grata haberentur quæ gessit in suo trimestri Magistratu, sibique litteræ commendatitiæ decernerentur.

Dimissæ Nationes, ad deliberandum ac deinde regressæ per ornatiss. Procuratores retulerunt, 1° se rata et grata habere quæ gessit amplissimus Rector in suo trimestri Magistratu, eique litteras commendatitias decernere; 2° omnibus supplicibus indulgere; 3° confirmare quatuorvivos matutinis comitiis electos, nimirum in honorandâ Natione, M. Gaston, Philosophiæ Professorem in collegio Marchiano; in fidelissimâ, M. Turquet, Physicæ Professorem in Lexovio; in venerandâ, M. Rolland, Philosophiæ Professorem in Dormano-Bellovaco; in constantissimâ, M. Lallemant, Eloquentiæ Professorem Emeritum in Marchiano. Et ita concluserit amplissimus Rector.

Quatuorvivi, dicto solemni sacramento, conclave subierunt, unde digressi, per Magistrum Lallemant retulerunt, se facere Rectorios unanimi consensu amplissimo D. Francisco-Nicolao Guerin prorogarse.

Quæ prorogatio statim ab omnibus Nationibus comprobata et confirmata est.

Et ita concluserit amplissimus Rector. / Guerin Rector

21. Oct. Die Jovis vigesimâ primâ ejusdem mensis, amplissimus Rector rogatus, cum ornatissimo Gallia Procuratore, Vice Scribâ et Quæstore Universitatis, necnon duobus apparitoribus, in minore habita interfuit sacro et hymno Eucharistico, Te Deum, quæ pro gratiarum actione, ob recentem Serenissimi Burgundiæ Ducis ortum, apud Matarinenses numeris Musicis cantari curabant Librarii Universitatis Jurati. /

Quervelle Vice Scriba /

27. Oct. Anno Dñi 1751 die vigesimâ septimâ octobris, habita circa comitia generalia Præclaræ Artium Facultatis in Matarinensi ad creandos censores

Post eruditam orationem ab amplissimo Rectore de censorum origine habitam, factamque ab eo supplicandi potestatem, supplicarunt

De Douglas Petrus-Valentinus de Douglas, Clericus Sancti Claudiensis, nec sibi nocet quòd in priore Logicorum catalogo suum nomen non scripserit, tantæ vitæ supplicis diligentiam M. Jamelin, hujus artis Professore, Anna-Ludovica

Billette Billette, Subdiaconus Parisiensis, ut prænomen Anna in quatuor catalogis omissum restituatur; Petrus

Frairse Frairse, Clericus Lugdunensis, ut prænomen Alexius Prænominis Petrus adjectum deleatur.

Dimissæ Nationes ad deliberandum et ad creandos censores, retulerunt 1° indulgere supplicibus; 2° creatos a se censores fuisse, in honorandâ

Natione, Magistrum Le Doux, Baccalaureum Theologum; in Fidelissimâ, M. Le Bon, Grammaticæ Professorem in Mazarinæo; in Venerandâ, M. Gardin, Grammaticæ Professorem in Regiâ Navarrâ; in Constantissimâ, M. Lallemant, antiquum Eloquentiæ Professorem in Marchiano: 3° describendam esse in commentariis Universitatis orationem ab Amplissimo Rectore modò habitam. Et ita conclusit Amplissimus Rector. Guerin Rector

Tum novi Censores Solemne Sacramentum inter Amplissimi Rectoris manus coram Præclarâ Artium Facultate præstiterunt./.

Oratio Amplissimi Rectoris
quam Præclara Artium Facultas
hic describi voluit.

Etsi nemo vestrûm ignorat, quâ de re sit hodie deliberandum, Procuratores Ornatissimi, Proceres Academici, postulat tamen ratio hujus muneris, quod mihi nuper gratuitâ prorsus voluntate nulloque meo merito Studia vestra prorogaverunt, paucis vos a me de horum Comitiorum causâ præmoneri, et quòd id Sapientissimè recepti moris est, et quòd multa sunt, quæ quanquam sciuntur ab omnibus, vix unquam tamen satis attenduntur a singulis. est enim, est hoc humanarum Societatum, vitium dicam an conditio, ut in iis omnia ferè, vel in ipso Sæculorum lapsu, quodammodo vertant in usum, fiantque deinde magis ex præscripto, quàm ad eum finem quem sibi Majores olim proposuisse credibile est. quocirca ejus est qui præsit, quicunque ille sit, primas rerum institutarum origines assiduè recolere; Legislatorum mentes et consilia diligenter inspicere, suorumque animos ad vetera illa interdum reflectere, quoniam in hac naturali rerum omnium inclinatione, maxima est in diffidentiâ Securitas, imo semper aliquid periculi, ne optimè constituta, et maximè florentia aliquando degenerent.

Hic est profectò præsens hujus Universitatis status, quem nostræ ætati liceat haud immeritò gratulari; ubi nihil recorrigendum, nihil nisi laudandum occurrit. nunquam studia, nunquam disciplina magis viguere. Sit diuturnus, sit perpetuus felix status! id enimvero optamus, et unicè optandum arbitramur. Sed tamen audacter dicam, Proceres Academici, eòque dicam audaciùs, quòd tunc maximè fas est Severitatem usurpare verbis, cum nihil habet, in quod animadvertat Severitas, non minor in eligendis hodie censoribus adhibenda vobis diligentia est, quàm cum olim turbatissimis Regni et Academiæ temporibus primùm creati sunt.

Non enim est hoc munus vel ipsi Universitati, vel cæteris illius muneribus antiquitate par. temporum morbo remedium inventum est: ut in illâ quondam Republicâ Romanâ non statim cum ipsâ natus est honor Censorius, sed confirmatis jam non unâ ætate vitiis electi Magistratus, qui in Civium mores inquirerent. Deformata bellorum præcipuè

domesticorum cladibus Universitas, in qua celebrabat virginem manum, quæ suas sibi leges decusque restituerat: hanc illi opem operamque præstitit circa medium Seculi decimi quinti Guillelmus Cardinalis Estovillæus: ille, cum opus haud arduum allaborantibus clarissimis ex omni facultate et Natione Proceribus absolvisset, ad ejus perennitatem nihil magis idoneum credidit, quàm si crearentur quatuor viri, quibus in posterum omnis novorum Statutorum cura mandaretur. hæc vestra est origo, Censores: unde Candidati non magis ejus muneris, quod ambiunt, dignitatem, quàm ipsa ejus officia, adeoque necessarias ad ea virtutes intelligant.

Neque verò ita augustis olim finibus Censoria potestas et vigilantia continebatur. Censorum erat, singula Collegia lustrare, Pædagogiorum domos obire, ibi diligentiam percontari, quærere de vita morumque honestate, de docentium solertiâ, de modestiâ Discipulorum. quæ quidem omnia in desuetudinem jam pridem adducta, tamen haud abnuendum est in memoriam identidem revocari Censoribus, ut ipsi judicent, quid in iis Scholam, quæ ex tot muriis hodie supersunt, præstare debeant sedulitatis atque industriæ. quidquid habuerat quondam vel superbum vel invidiosum amiserit: quidquid esset utile et ad rem communem conducibile, retinuerit: in deliberationibus dicendi prærogativam, quæ non honoris causâ tantùm iis attributa, sed ut legum vim sensumque evolvant atque interpretentur; Statuta, si opus fuerit, cum Statutis comparent; quid sit in hac vel in illâ re et sententiâ commoditatis aut periculi, commoneant. Deinde jus referendi, sive proponendi, si quid, quod ex re Nationis fuerit, ipsi invenerint: tum intercedendi potestatem, ne quid exempli vel mali, vel novi contra morem ritusque Majorum inducatur.

Itaque in suâ quisque Natione Censor quasi aliquod disciplinæ præsens Oraculum videat Censor ne lex, quæ quadam suâ firmitate stat, neque magis surdâ est, quàm immota, huc illuc circumagatur ad libidinem privatorum; ne quid hujus vel illius in deliberando valeat aut nocat respectus gratiæ vel utilitatis. ne honores et Magistratus, illa virtutis et antiquitatis præmia, et publicæ frigora dignationis, ad se se clam vel apertè rapiat ambitus: ne existant factionum conversiones, quarum vel si laudandus optimusque finis fuerit, quod vix unquam evenit, at hoc tamen immedicabile vitium est, quod concordiam disturbent, simultates pariant, mutuamque illam sui reverentiam, non sine aliquo omnium dedecore, eliminent: uno verbo, quidquid est, quod ad utilitatem, quod ad pacem, dignitatemque Nationum pertineat, totum id Censorum integritati atque sapientiæ committitur.

Neque mihi hæc apud vos fusè explicatè quæ dicenti venia decurrit, ne levia quædam atque exilia verbis exaggerare videar. absit hic a nobis contemptus, ut quidquam exiguum judicemus, quo omnia nostra gubernationis fundamenta continentur, quo sublato, jam nostra convivia non hominum litteratorum cœtus, sed abnormia quædam atque incondita,

sine disciplina, sine legibus conventicula videantur. absit hæc præsertim a vobis opinio, Censuræ Candidati, cum experientiâ comprobatum sit, ut cujusque animo parva vel magna de rebus species inhæserit, ita solere homines esse vel remissos in agendo, vel diligentes. malè Censuram aliumve quemlibet Magistratum geret, si quid ad aliquid parvi floccique aspirare se jam ante sibi persuaserit. adeo omnis agendi humilitas fere nascitur ex humilitate sentiendi.

Agite nunc, Proceres Academici; videte, quibus operosam gravemque provinciam sitis imposituri. non immoratus sum in commemorandis virtutibus, quarum haberetis exempla, clarissimos viros qui hodie Censurâ decessuri sunt. illorum totius anni experientiâ fidem, constantiam, rerum vestrarum peritiam studiumque cognovistis. bene consultum huic Academiæ, si, quod speramus, tales semper habuerit!/.

6. Nov. Anno Dñi 1751 die sextâ Novembris, habita sunt ordinaria Comitia Deputatorum Universitatis apud Amplissimum Rectorem in Sorbonæ Plessæo. abfuit Sapientissimus Theologiæ Decanus. interfuit Magister Bernard, loco Magistri De la Roche, Jurium Decani, absentis; interfuit primùm M. Joannes-Baptista-Blasius De la Porte, Novus Galliæ Procurator.

1º Supplicarunt pro litteris nominationis jure Magisterii Artium et quinquennii Claudius Colleau, Diaconus Senonensis, Beneficiatus; Carolus-Spes-Hubertus Degeddes, Diaconus Lingonensis; Andreas Dubois Subdiaconus Ambianensis; Zacharias-Nicolaus Simonnot, Presbyter Trecensis. De his retulit M. Le Neveu, Syndicus, ac dixit se vidisse tum litteras eorum Magisterii, tum Professorum, quos audierunt, testimonia, quibus constat quinquennium Academicum fuisse ab iis ritè confectum, cæteraque instrumenta ad hanc supplicationem requisita, in quibus omnibus nihil desiderari, nisi quod M. Zacharias-Nicolaus Simonnot in uno e quatuor Catalogis scribatur Nicolaus Zacharias. Audito Meritissimo Syndico, Placuit sua præfatis supplicibus postulata concedi, ne quidem excepto M. Simonnot, eâ tamen lege ut ille prænominum ordinem restitui curet. Et ita conclusit Amplissimus Rector.

2º Lecta et recognita sunt quæ fuerant superioribus Comitiis acta et statuta.

3º Auditâ relatione Ornatissimorum Galliæ et Picardiæ Procuratorum de Jacobo Merillon, Presbytero Cenomanensi, in Artibus Magistro, qui die vigesimâ octavâ Augusti proximè elapsi postulaverat, dari sibi licentiam aperiendi hac in urbe Pædagogii sub Clientelâ Universitatis; audito M. Lucas, Pædagogorum Academicorum Procuratore, sive Agente; audito pro re Academicâ M. Le Neveu, Syndico, Placuit non priùs Præfato Merillon suum postulatum concedi, quàm de illo fuerit ampliùs inquisitum.

G. DE PARIS P.P. EXTR. I. SOL. 1. D. LAF.

4° Quod dictum est, Michaelem Launoys, unum è Papetariis Universitatis, vitâ cessisse, Placuit hujus Papetarii officium Minori Germanicæ Nationis apparitori, Joanni-Francisco Grosse, conferri, eâ tamen lege ut illud ipse exerceat.

Et ita super his quatuor capitibus, audito priùs super singulis M. Le Neveu, Syndico, conclusit Amplissimus Rector. / Guerin Rector

4. Dec. Anno Dni 1751 die quartâ Decembris, habita sunt Comitia ordinaria Deputatorum Universitatis apud Amplissi. Rectorem in Sorbonæ-Plessæo.

1° Supplicavit pro litteris nominationis jure Magisterii Artium et quinquennii Petrus Deschamps, Acolythus Parisinus. de quo retulit M. Le Neveu, Syndicus, ac dixit se vidisse tum litteras illius Magisterii, tum Professorum, quos audivit, testimonia, quibus constat quinquennium Academicum fuisse ab eo ritè confectum, cæteraque instrumenta ad hanc supplicationem requisita, in quibus omnibus nihil desiderari. Audito Meritiss. Syndico, Placuit suum Præfato supplici postulatum concedi.

2° Lecta et recognita sunt quæ fuerant superioribus Comitiis acta et statuta.

3° Petrus-Thomas Nicolaus Hurtaut, Parisinus, in Artibus Magister, postulavit dari sibi licentiam aperiendi hac in urbe Pædagogii sub Clientelâ Universitatis. Nominati sunt qui de eo inquirant Ornatiss. Galliæ et Picardiæ Procuratores.

4° Quòd verba fecit Amplissimus Rector, se a Viro Clarissimo Magistro Lavocat, Doctore Sorbonico fuisse conventum, qui quidem ad Cathedram Hebraicam a Serenissimo Aurelianensium Duce recèns in Collegio Sorbonæ fundatam, ac Regio Diplomate confirmatam nominatus est. hoc Regio Diplomate recitato, audito et requirente M. Le Neveu, Syndico, Placuit, 1° Serenissimi Principis pietatem ac munificentiam laudari, Cathedramque ab eo fundatam recognosci atque admitti; 2° dictæ Cathedræ Professorem ejusque discipulos iisdem, quibus cæteri Theologiæ Professores ac discipuli, Privilegiis uti et gaudere; 3° Diploma Regium de dictâ Cathedrâ concessum in Tabulis Academicis describi.

5° Placuit Sacras et Solemnes Universitatis supplicationes ad diem hujus mensis decimum tertium indici.

6° Juvenibus in Regiâ Ducum et Militum invalidorum Domo nunc studentibus litteræ Scholaritatis decretæ sunt, hujus Domûs Pastore Vigilantissimo postulante, ut quod factum est anno 1723, quo die ad Ædem dictæ Domûs supplicatum ivit Universitas, id nunc iterum, propter posteriores supplicationes, beneficii loco concedatur.

7° Cum Meritiss. Syndicus et Fideliss. Quæstor retulissent, hic de Domo Academicâ, vulgo l'hotel de l'Université, ubi quoddam laquear resarciri novamque trabem suffici curavit, ille de præsenti statu Domûs San Jacobæanæ et Collegii Hubantini, approbata fuit utriusque diligentia

Et ita super his septem capitibus, audito priùs super singulis M. Le Neveu, Syndico, conclusit Amplissimus Rector. /

Lettres qui confirment l'établissement de la fondation d'une Chaire d'Ecriture Sainte pour l'explication du texte Hebreu dans les Ecoles de Sorbonne.

Louis par la grace de Dieu Roi de France et de Navarre a tous Presens et a Venir Salut. Notre très Cher et très amé Oncle le Duc d'Orleans nous a representé que non seulement qu'il s'est fait rendre compte, mais qu'il a pris connoissance par lui même des differens Etablissemens faits en la Faculté de Theologie de Paris pour y enseigner l'Ecriture Sainte, et qu'ayant connu que quoiqu'il y eut au College Royal des Chaires fondées par le Roi François Premier pour enseigner l'Hebreu et les autres langues Orientales, il n'y avoit cependant point de Chaire specialement fondée dans la Faculté de Theologie de Paris pour expliquer les Livres Saints sur le texte Hebreu, si neccessaire pour l'intelligence de l'Ecriture, et par consequent pour l'étude de la Theologie, il avoit cru devoir fonder dans les Ecoles de la Maison de Sorbonne un Professeur pour expliquer l'Ecriture Sainte sur le texte Hebreu, lequel Professeur jouira, et ceux qui prendront ses leçons, de tous les Droits et Privileges dont jouissent les autres Professeurs et Etudiants dans ladite Faculté de Theologie de Paris, sans qu'il dicte ni explique d'une maniere suivie aucune Grammaire Hebraïque, mais seulement qu'il interroge ses disciples pour s'assurer s'ils sont en etat de profiter de ses Leçons: Et que dans la vüe de cette fondation il avoit resolu de donner a la Maison et Societé de Sorbonne un rente de quatre cens livres pour la Subsistance du Professeur qui rempliroit ladite Chaire, aux conditions portées par le contract qui seroit passé pour ladite fondation dont le projet nous a été presenté; mais le contract et la fondation ne pouvant avoir d'effet et d'execution sans les lettres qui doivent les autoriser, Notre Oncle nous a supplié de les accorder. A ces causes voulant concourir au Succès d'un dessein si conforme aux interets de la Religion et si digne de la Pieté de Notre dit Oncle, nous avons de l'avis de notre Conseil et de notre grace speciale, pleine puissance et autorité Roiale, approuvé, loué et confirmé, et par ces presentes signées de Notre main approuvons, loüons et confirmons l'etablissement et la fondation que veut faire Notre dit Oncle le Duc d'Orleans d'une Chaire d'Ecriture Sainte pour l'Explication du texte Hebreu dans la maison de Sorbonne, suivant le contract dont le projet est icy attaché sous le contre scel de notre Chancellerie; Voulons et nous plait conformement a notre Edit du mois d'Aoust mil sept cens quarante neuf, qu'après l'enregistrement des presentes le dit contract puisse etre fait et passé, sans aucune addition ni changement audit projet, par les Notaires qui en seront requis, et qui seront tenus suivant ledit Edit de faire dans le dit contract mention des presentes et de l'arrest de leur enregistrement, auquel effet de quoi sera ladite fondation a toujours executée aux charges et conditions portées par ledit contract. Si Donnons en mandement a nos Amés et Feaux Conseillers les gens tenans notre Cour de Parlement a Paris et a tous autres nos officiers et Justiciers qu'il appartiendra, que ces presentes ils ayent a faire registrer et executer selon leur forme et teneur, cessant et faisant cesser tout trouble et empechement et nonobstant toutes

G. DE PARIS P.P. EXTR. I. SOL. 4. D. LAF.

choses contraires; Car tel est notre plaisir... Et afinque ce soit chose ferme et stable a toujours nous avons fait mettre notre scel a ces dittes presentes.

Par le Roi Dargenson

Donné a Compiegne au mois de Juillet l'an de grace mil sept cens cinquante un, et de notre Regne le trente sixieme./.

Signatum Louis

Registré ouy le Procureur du Roi pour jouir par ledit impetrant les Prieur, Docteurs tant de la maison et Societé de Sorbonne, lesdits Professeurs et Etudians de l'effet et contenu en icelles et etre executées selon leur forme et teneur aux charges, clauses et conditions portées audit projet d'acte de fondation suivant l'arrest de ce jour. a Paris en Parlement ce treize aoust mil sept cens cinquante un./

Signatum Dufranc visa Machaut

Pour l'Etablissement d'une Chaire pour l'explication du texte hebreu de l'Ecriture Sainte./. Signatum Dargenson.

7. Dec

Die Martis septimâ Decembris, horâ Decimâ matutinâ, Amplissimus Rector et Praeclara Artium Facultas pro more antiquo interfuerunt solemni sacro de Spiritu Sancto apud Praedicatores./.

Quervelle Vice Scriba./.

13. Dec.

Anno Dni 1751 die decimâ tertiâ Decembris, habita sunt in Maturinensi Centuriata Comitia Universitatis ad sacras supplicationes.

Primùm in angulo consessum est, ubi supplicavit pro litteris Nominationis jure Magisterii Artium et quinquennii M. Natalis Emmanuel Guillelmus Beaunier, Subdiaconus Senonensis. de quo retulit M. Le Neveu, Syndicus, ac dixit se vidisse tum ejus litteras Magisterii, tum Professorum, quos audivit, testimonia, quibus constat quinquennium Academicum fuisse ab eo rite confectum, caeteraque instrumenta ad hanc supplicationem requisita, in quibus omnibus nihil desiderari. Audito Meritissimo Syndico, placuit suum Praefato supplici postulatum concedi. Et ita conclusit Amplissimus Rector. Guerin Rector

Ibidem Sacramentum praestitit Joannes-Franciscus Grosse, Papetarius Universitatis Juratus electus in locum Michaelis Lannoys, mortui.

Grosse Papetarius.

In Comitio, postquam peoravit Amplissimus Rector, omnes Academici Ordines rata et grata habuerunt quae gessit in suo trimestri Magistratu, litterasque ipsi commendatitias decreverunt et amplum Comitatum exhibuerunt rite procedenti ad aedem Deo Sacram sub invocatione Stae Genovefae. ibi, nobis intrantibus, in ipso templi limine aderat illustrissimus hujusce domûs Abbas, qui Rectorem Amplissimum inter duplicem Canonicorum ordinem, in eam templi partem, quae Chorus dicitur, humanissimè deduxit. Pontificem egit M. Garguy, Doctor Theologus; Sacram orationem habuit M. Sepher, Doctor Sorbonicus; Eucharisticam M. Salvator Malardot, Tertii ordinis Professor in Sorbonae Plessaeo./.

16. Dec.

Anno Dni 1751 die decimâ sextâ Decembris, habita sunt Comitia generalia Praeclarae Artium Facultatis in Maturinensi.

Post orationem ab Amplissimo Rectore habitam, factamque

Le Borgne
Du Lacq
De La Marre
Maria
Caroli
(Q) Simonnot
Sauval
Callahan
Prevost
Des Essartz
Le Bansais
De Morangis
De Beyries
De Nicolay
Baboüot
De Chaumont
De La Galesiere
Le Grand
De Mauriceau

ab eo Supplicandi potestatem, Supplicarunt Joannes Ludovicus Le Borgne Du Lacq, Clericus Bituricensis, ut nomen Gentilitium Du Lacq in uno e Catalogis omissum restituatur; Jacobus-Ludovicus De La Marre, Clericus Trecensis, Magister in Artibus, ut prænomen Ludovicus in Catalogis omissum restituatur; Carolus-Maria, Parisinus, ut non sibi noceat quod in priore Physicorum loco ~~Antonii~~ Caroli Scribatur Antonius; Zacharias Nicolaus Simonnot, Presbyter Trecensis, ut non sibi noceat quod in priore Logicorum Scripserit Nicolaus Zacharias; Ludovicus Josephus Sauval, Cameracensis, ut tria priora Physicorum trimestria sibi pro utroque Physicorum computentur; Carolus Callahan, Subdiaconus Parisiensis, ut non sibi noceat 1° quod in priore Physicorum nomen suum non Scripserit, 2° quod in posteriore Physicorum Scripserit Callaghan, in utroque logicorum Calahanne, in priore Logicorum Ludovicus Calahanne; Ludovicus Joannes Prevost, Rotomagensis, ut non sibi noceat quod in quibusdam Catalogis Scripserit Provot; Joannes-Carolus Des Essartz, Lingonensis, Magister in Artibus, ut non sibi noceat quod Scripserit Carolus-Joannes-Baptista; Joannes Amedeus-Guillelmus Le Bansais, Presbyter Abrincensis, ut non sibi noceat quod nomini gentilitio adjecerit Des Vois; Joannes-Alexander de Morangis, Clericus Mimatensis, ut non sibi noceat 1° quod inverso prænominum ordine, Scripserit Alexander Joannes, 2° quod adjecerit prænomen Franciscus; Joannes de Beyries, Clericus Adurensis, ut particula De in quibusdam Catalogis omissa nomini gentilitio præponatur; Ludovicus-Maria de Nicolay, Clericus Monspessulanus, 1° ut particula De omissa in omnibus catalogis nomini gentilitio præponatur, 2° ut nomen Sabran deleatur; Nicolaus Baboüot, Diaconus Lingonensis, ut immunis fiat a describendis codicibus Pphicis, propter pectoris infirmitatem, quam testatur M. Garnier, Doctor Medicus Parisiensis; Bartholomæus-Ludovicus-Martinus de Chaumont de La Galesiere, Clericus Parisinus, ut immunis fiat ab onere Scribendi lectiones Pphicas, propter oculorum debilitatem, quam testatur M. Chomel, Doctor Medicus Parisiensis; Petrus Le Grand, Clericus Carnutensis, ut immunis fiat a Scribendis codicibus Pphicis; propter Ophthalmiam, quam testatur M. Viellard; Stephanus-Franciscus-Mathurinus de Mauriceau, ut immunis fiat a Scribendis codicibus Pphicis, propter manûs et brachii Sinistri Paralysim, testante M. Peaget, Doctore Medico Parisiensi.

Dimissæ Nationes ad deliberandum ac deinde regressæ per Ornatiss. Procuratores retulerunt, 1° se rata et grata habere quæ gessit Ampliss. Rector in suo trimestri Magistratu, eique litteras commendatitias decernere; 2° oibs Supplicibus indulgere; 2° confirmare quatuor viros mane electos, nimirum in honorandâ naõe, M. Lieutaud, Exprocuratorem; in Fidelissimâ, M. Vallé, Pphiæ Professorem in Cardinalitio; in Venerandâ, M. Hubert, Grammaticæ Professorem in Lexoræo; in Constantissimâ, M. Kelly, Exprocuratorem. Et ita conclusit Amplissimus Rector.

Quatuor viri, dicto solemni Sacramento, conclave subierunt, unde digressi, per Magistrum Kelly retulerunt, se fasces Rectorios unanimi consensu Amplissimo DD. Francisco-Nicolao Guerin prorogasse.

Quæ prorogatio statim ab omnibus nationibus comprobata et confirmata est. Et ita conclusit Amplissimus Rector. / Guerin Rector

ACADÉMIE DE PARIS P.P. EXTR. I. SOL. 4. D. LAF.

Tabula

Officiariorum, tum Majorum, tum Minorum, Consiliariorum, Beneficiatorum, Clientium Universitatis Juratorum, per decursum anni millesimi septingentesimi quinquagesimi primi receptorum.

Officiarii Majores

Nullus.

Consiliarii

Die tertiâ mensis Aprilis, fidem academiæ dedit M. Ludovicus Antonius Fauvelay, in Castelleti Foro Procurator, Electus in locum M. Joannis-Baptistæ Le Roy, qui suo munere Procuratorio cessit. — M. Fauvelay in Cast. Procurator

Beneficiatus

Nullus.

Apparitores

Probatur Q. — Die ~~[illegible]~~ Vigesimâ primâ Junii, Sacramentum præstitit Antonius-Augustinus Paulus Dumesnil, Electus Juridicæ Facultatis Apparitor in locum Patris demortui — Paulus-Dumesnil Jurium Apparitor

Librarii

Die decimâ nonâ Martii, Sacramentum præstitit Petrus-Henricus Prault, Novus Librarius. — Prault, Librarius

Papetarii

Die decimâ tertiâ Decembris, Sacramentum præstitit Joannes-Franciscus Grosse, Minor Germanicæ Nationis Apparitor, Electus Papetarius Universitatis Juratus in locum Michaelis Lannoys, mortui — Grosse Papetarius

Pergamenarii

Die vigesimâ primâ Junii, Sacramentum præstitit Augustinus Hebert, Electus Pergamenarius Universitatis Juratus in locum Petri-Joannis Foligner mortui. — Hebert Pergamenarius

Religatores

Nullus.

Magni Nuncii

In Natione Gallicanâ

Die vigesimâ sextâ Januarii, M. Stephanus Lieutaud et Natio Gallicana contulerunt Antonio De la Motte, Civi Parisiensi, munus et officium Nuncii Jurati pro Diœcesi et Episcopatu Adurensi, vacans per obitum Petri Cazier, civis quoque Parisiensis — Aire De la Motte

Die vigesimâ octavâ Junii, M. Stephanus Lieutaud et Natio Gallicanâ contulerunt Francisco-Claudio Guerard, Civi Parisiensi, munus et officium Nuncii Jurati pro Diœcesi et Episcopatu Alesiensi, vacans per obitum Georgii Huvey, civis quoque Parisiensis. — Alais Guerard

Die decimâ octavâ Augusti, M. Stephanus Lieutaud et Natio Gallicana contulerunt Petro Escourre, Civi Parisiensi, munus et officium Nuncii Jurati pro Diœcesi et Episcopatu Lemovicensi, vacans per abdicationem Joannis Hemard. — Limoges Escourre

Die octavâ Octobris, idem Procurator, eadem Natio contulerunt Hervico Gervasio Sauvage, civi Parisiensi, munus Nuncii Jurati pro Episcopatu Nemausensi, vacans per obitum Alexii Pontbrasé, civis Parisiensis. — Nismes Sauvage

Eâdem die, idem Procurator, eadem Natio contulerunt Petro Vignon, civi Parisiensi, munus et officium Nuncii Jurati pro Episcopatu Coletano, vacans per obitum Caroli Bonneau, civis quoque Parisiensis. — Colede Vignon

Die Decimâ Octavâ Decembris, M. Joannes Baptista Blasius De la Porte et Natio Gallicana contulerunt Francisco Le Grand, civi Parisiensi, officium Nuncii Jurati pro Diœcesi et Episcopatu Aurelianensi, vacans per desertionem Ludovici-Georgii-Mariæ de Marsol, pronunciatam in Castelleto die Decimâ quintâ Septembris anni 1751 — Orleans Le Grand

Die vigesimâ tertiâ Decembris, idem Procurator, eadem Natio contulerunt Ludovico Le Fonte, civi Parisiensi, munus Nuncii Jurati pro Episcopatu Rupellensi, vacans per desertionem Joannis de Mauroy, civis Parisiensis, in Castelleto pronunciatam die 15. Septembris anni 1751 — La Rochelle Le Fonte

In Picardicâ et Normanicâ, nullus novus Nuncius

In Germanicâ

Die decimâ Sextâ Januarii, Edmundus Kelly et Natio Germanica contulerunt Andreæ-Alexandro Oursel, civi Parisiensi, munus Nuncii Jurati pro Episcopatu Londinensi, vacans per obitum Simonis-Andreæ Oursel, ejus Patris — Londres Oursel

Die vigesimâ Sextâ Januarii, idem Procurator, eadem Natio contulere Francisco de Viq, civi Parisiensi, officium Nuncii Jurati pro Episcopatu Bathensi in Hungariâ, vacans per obitum Joannis Loyseau, civis Parisiensis — Bath de Viq

Eâdem die, idem Procurator, eadem Natio contulerunt Antonio De la Motte, civi Parisiensi, munus Nuncii Jurati pro Episcopatu Waterfordiensi, vacans per obitum Philippi La Caille, civis quoque Parisiensis. — Waterford De La Motte

Die vigesimâ tertiâ Julii, Franciscus Poinsard et Natio Germanica contulerunt Joanni-Carolo Boucher, civi Parisiensi, munus Nuncii Jurati pro Episcopatu Daventriensi, vacans per obitum Joannis Joachimi Roüault de Gamaches. — Deventer Boucher

Die vigesimâ quintâ Novembris, idem Procurator, eadem Natio contulere Renato de Leinte, civi Parisiensi, officium Nuncii Jurati pro Episcopatu Maguntinensi, vacans per desertionem Guillelmi Stephani Quillet, pronunciatam in Castelleto die 15ª Septembris anni 1751. — Mayence De Leinte

Eâdem die, idem Procurator, eadem Natio contulerunt Claro Freneau, civi Parisiensi, munus Nuncii Jurati pro Episcopatu Zafriensi, vacans per desertionem Caroli Palerne, in Castelleto pronunciatam 15ª die Sept. 1751 — Zafnia Freneau

Die decimâ Sextâ Decembris, idem Procurator, eadem Natio contulerunt Benedicto Chevalier, civi Parisiensi, munus Nuncii Jurati pro Episcopatu Herfordiensi, vacans per desertionem Joannis Baptistæ Canivet, pronunciatam in Castelleto die 15ª Septembris 1751 — Herford Chevalier

Eâdem die, idem Procurator, eadem Natio contulerunt Simoni Chorna civi Parisiensi, munus et officium Nuncii Jurati pro Diœcesi et Episcopatu Cameracensi, vacans per desertionem Petri-Ludovici Moreau de Mouppertuis, pronunciatam in Castelleti foro die Decimâ quintâ Septembris anni 1751 — Camino Laubry

Finis anni 1751.

J. — Quervelle Vice Scriba Paris Universitatis.

BIBLIOTHÈQUE DE L'UNIVERSITÉ DE FRANCE

MINISTÈRE DE L'INSTRUCTION PUBLIQUE — BUREAU DES ARCHIVES